



St. 20. 662. 2. 17. 1711. 1711.



40.  
DISPUTATIO JURIDICA  
*De*,  
**JURE COMPEN-  
SATIONIS, DEPOSITI  
ET MANDATI,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPES BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENB. ET DUCAT.  
MAGDEB. GUBERNATORE, AC RELIQVA,  
IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE  
**DN. SAMUELE STRYKIO, JCto,**  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSS. CONSILIA-  
RIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO, ET FACUL-  
TATIS JURIDICÆ ORDINARIO,  
PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO DEVENERANDO,  
IN AUDITORIO MAJORI

Die Septembris M DCC VIII.  
Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit  
**JOH. CHRISTOPHORUS BERTRAMUS,**  
CALBENSIS MAGDEBURG.

---

HALÆ MAGDEB. Typis Joh. Jacobi Krebsii, Acad. Typogr.



LIB. XVI.

TIT. II.

De

# COMPENSATIONIBUS.

§. I.

 **I**ulla in foro frequenter  
occurrit materia, præsens de Com-  
pensatione est, quæ cum naturali  
æquitate nitatur, L. 5. & L. 18. pr.  
ff. b. t. dubito, an ullus in orbe lo-  
cus sit, ubi ejus Praxis non obtine-  
at: Justissimum enim est, ut qui  
a me solutionem, quod sibi debetur,  
exigit, ipse pariter quod mihi debet, præstet, aut com-  
pensationem admittat, arg. Tit. ff. Quod quisque juris  
in alt. stat. Non ergo opus est, expectare casum, do-  
nec compensatio opponatur, sed illa tacite facta censem-  
tur eo momento, quo utrinque sibi deberi incipiunt; Et  
hoc sensu compensationes ipso jure fieri dicuntur in L. fin.  
ff. b. t. licet si ad judicium de ventura fuerit, hæc omni-  
no opponenda sit, ut judicii de ea constet, & hic cognos-  
cere possit, an admittenda sit, vel non. Itaque eatenus ve-  
rum est, compensationem in facto consistere; h. e. mu-  
tuum debitum non præsumi, nisi probetur L. 19. §. 2 ff.  
de Probat. facta autem probatione, jam effectus compen-  
sationis ipso jure se exerit à die concurentis debiti. Carpz.  
p. 1. C. 8. def. 6. n. 1.

Compensa-  
tio ubivis re-  
cepta ob ejus  
æquitatem.

§. II. Cum autem compensatio effectum solutio-  
nis habeat, & ita nihil inter sit, an debitor solverit, an  
compensaverit L. 4. C. b. t. Freyer de solut. c. 7. m. 4. n. 107.

A  
inde

Compensa-  
tio habet ef-  
fectum solu-  
tionis.

inde sua sponte sequitur, qod non tantum prior obligatio, sed & omnia ejus accessoria censeantur sublata. Unde nexus pignoris solvitur L. 12. C. b. t. adeo ut actio pignoratitia competat ad restituendum pignus, in tantum, ut quamvis alias actioni pignoratitiae non prescribatur, nisi a tempore soluti debiti, prescriptio tamen ejus currat a tempore facte compensationis. Hinc ultius compensatio operatur conditionem Chirographi, Mev. 2. Dec. 186. In retractu quoque pro solutione est, Id. P. 8. Dec. 68. & sicut cursum usurarum L. 11. L. 12. b. t. L. 7. C. de solut. operatur etiam, ne caducitati emphyteusos locus sit ob non solutum canonem, in pecunia numerata consistentem, Corbul. de jur. Emphyt. c. 15. lim. 5. facit quoque locum conditioni indebiti L. 10. §. 1. b. t. L. 30. ff. de Condic. indebit. & sicuti, quando ex pluribus causis debetur, debitoris est, statuere & dicere, in quod debitum potius voluerit solutum L. 1. C. 1. 100. §. 1. ff. de solut. ita quoque, qui creditori suo objicit compensationem, arbitrium habet, quod debitum compensatum voluerit, Mev. P. 1. Dec. 116. & sic quoque penes debitorem erit, statuere, utrum in sorte, an in usuras debitum compensandum imputare velit, Surd. Dec. 186. Mev. P. 7. Dec. 52. Plura congesit Tyndarus de compens. art. 10. Pichard. Comment. ad §. 30. Inst. de Act.

§. III. In eo tamen adhuc pinguior censetur compensatio, quam solutio, quod cum pupillo vel minori solvi non possit, etiamsi tutoris vel curatoris arbitrium accesserit, nisi quoque decretum Magistratus intervenierit §. ult. Inst. Quib. alien. licet vel non, attamen pupillo vel minori recte opponi posset compensatio, cum hic nec etatis nec sexus ratio habeatur L. 1. S. 4. ff. b. t. L. 3. C. eod. 2. 3. C. de Contrar. Tutel. act. non enim dependet compensatio

## DE COMPENSATIONIBUS.

3

satio ex voluntate seu facto pupillia ut minoris, ut hic capropter, si pecunia male consumta, lesionem allegare possit; Sed ex dispositione juris jam censetur facta, sive velit sive nolit ille, cui compensatio objicitur.

§. IV. Ante omnia autem presupponitur debitum liquidum de-  
utrinque liquidum, seu de quo liquet, quid quale &  
quantum sit L.f. §. i.C.b.t. neque enim liquidum cum illi-  
quido potest esse compensatio, Carpz. P. i. Dec. 94. n. 12.  
Trentac. lib. 3. tit. de compens. resol. i.n. 20. seqq. liquet au-  
tem de debito vel ex confessione adverlarii, Zang. de exc.  
P. 3. c. 8. n. 96. Carpz. P. i. C. 8. Def. 14. Vel si nulla exceptio-  
ne opposita dubium reddi valeat, Klock. de contrib. c. 20. n.  
47. ut & si per celerem probationem liquidum fieri pos-  
sit Zang. cit. l. n. 100. Hahn ad W. b. t.n. 7. Intra quantum  
autem tempus talis liquidatio fieri debeat, non omnium  
constans est sententia. Totum hoc negotium arbitrio  
judicis committendum esse censet Menoch. de arb. Jud.  
Q. qu. 14. n. ult. Alias opiniones Doctorum resert Berlich.  
P. i. concl. 16. n. 6. seqq. Moribus tamen plerorumque loco-  
rum invaluit, ut illud in continentii fieri videatur, quod  
intra terminum probatorium potest demonstrari, & sic de  
jure Saxonico liquidum erit, quod intra sex septimanias  
& tres dies potest liquidari, Carpz. P. i. cons. 8. Def. 13.  
Berlich. P. i. concl. 16. n. 12. seq. & concl. 57. n. 82. Rauchbar.  
p. 2. qu. 24. n. 104. Matth. Coler de Proc. Exet. P. 4. c. 2. n.  
19. Vel in Ducatu Magdeburgico & Brunsvicensi intra 4.  
septimanias.

§. V. Licet autem alias pro alio recte solvat L. 23. Alius pro alio  
defolut, non recte tamen alias pro alio compensat L. 18. non recte com-  
§. i. b. t. ne debitoribus detur occasio, debiti petitionem  
penat.  
variis modis eludendi, Mev. P. 7. Dec. 262. Quod itaque  
utor debet, non recte cum eo compensat, quod pupil-  
lodebetur, s. penff. b. 2. Carpz. P. i. C. 8. def. 7. Non perti-  
met

A 2

met



## LIB. XVI. TIT. II.

4  
net tamen hæc regula ad illos casus, ubi tertii interest,  
compensationem tales ex debito ejus fieri; unde Mev. 2. D.  
217. ubi n. 2. testatur, ex tali interesse compensationem de-  
biti, quam objiciebat maritus ob creditum uxor, admis-  
sam fuisse. Recte itaque a fidejussore opponitur compen-  
satio ejus, quod debitori debet creditor, L. 4. L. 5. b. Mev.  
P. 1. Dec. 117. etiam si vel maxime debitor non amplius sol-  
vendo sit, & concursus jam excitatus fuerit: Ex quo  
enim debitor ipso jure liberari potuit, sicuti liberatus est  
per compensationem, ex eo quoque fidejussor amplius  
conveniri nequit, Id. P. 2. Dec. 216. conf. Hering. defid. c.  
20. §. 6. Zanger de except. c. 8. n. 33. sic heredi quoque exi-  
genti debitum proprium, objicitur compensatio ejus,  
quod defunctus debuit L. 3. C. de contr. jud. tut. Cum vero  
moribus nostris beneficio inventarii hereditas soleat adi-  
ri, hinc nonnulli dubitant, an post hoc beneficium hodie  
heredi compensatio adhuc possit objici? Hoc enim certum  
est, quod salvæ heredi maneant actiones, nec confu-  
sione tollantur L. f. S. 9. C. de jur. delib. Imo heres possit  
separare sua & defuncti bona, & creditoribus hereditati-  
bus illa dimittere. Evidem hoc casu, ubi heres plane o-  
mnia bona creditoribus cedit, ratio hujus beneficii non  
admittit, ut tunc compensatio heredi amplius objiciatur.  
Ubi vero bona retinet, nec illa ita dimittere intendit, sol-  
vere pro defuncto secundum vires hereditatis, & sic com-  
pensationem pati debet, sicuti de hujus sententia obser-  
vantia testatur Mev. P. 1. Dec. 121. Carpz. P. 1. C. 8. Def. 8.  
Ceterum quod alterius debitum vel creditum in compen-  
sationem deduci nequeat, hoc hanc notabilem habet li-  
mitationem; Nisi alter alteri creditum suum cesserit, hæc  
enim cessio, cum invito debitore fieri possit, & jus per-  
fectum in cessionarium transfert, L. 25. ff. de Procur.

E L.

## DE COMPENSATIONIBUS.

E<sup>st</sup> L. 9. C. eod. compensationi omnino locum facit.

§. VI. De eo autem haud raro in praxi disputari solet, utrum compensationis exceptio, quæ poterat oppositi obsecrationi cedenti, etiam possit cessionario post cessionem ob pensatio, quæ obslubat cedimenti, Communiter distinguere solent, utrum cessio facta fuerit ex causa onerosa, an lucrativa, & utrum cessionarius agat tanquam procurator in re suam ex jure cedentis, an vero jure proprio ex edicto D. Pii, ita ut cessionario, qui ex causa onerosa jus creditoris sibi acquisivit, & actione utili agit, compensatio objici non possit, quam sententiam prejudicio confirmat Carpz. P. 3. Dic. 255. Rationes has communiter addueunt, quod cessionarius nihil cesso debitori debeat, & sic iniqua conditio inferretur cessionario, qui nihil cum debitore cedentis egit. Verum facetur ipsomet Carpz. l. n. 18. posita hac sententia, pessimam creditoribus suppeditari cautelam, quidam hanc exceptionem a debitoru suo metuunt, se per cessionem alteri factam in prejudicium debitoris liberare possent compensatione. Imo si fundamenta illius sententia penitus considerentur, plane lubrica sunt. Nam si vel maxime supponamus, cessionarium experiri jure proprio, tamen revera non aliud jus habere potest, quam cedens habuit, hujus vero jus extinctum fuit ipso jure, postquam mutuum debitum & creditum adesse ceperit, & per consequens nec utilis actio de debito jam extincto institui poterit, nam ita in effectu lucrum cum damno debitoris cessi caperet cedens, hinc nihil amplius cedere potuit, & licet non opposita fuerit compensatio ante cessionem, at-tamen inde effectus ejus non potest tolli, quæ ipso jure jam facta est, §. 30. I. de Act. Cedens itaque non potuit plus juris transferre in alterum, quam ipse habuit; quæ ratio cum sit generalis, non admittenda in foro hæc distinctio,

A 3. quam

**R**espondeat di-  
lincit suum  
cessio facta satitulo acquiri potest, quod non amplius superest, nec  
a fuerititu-  
lo oneroso an-  
luorativo, cedi potest quounque titulo, quod non debetur; atque  
hanc &quissimam sententiam exmerito receperunt Franzk

*lib. 1. Resol. 13.* Brunn. de cess. act. c. 6. n. 3. seqq. Tessaur.  
*Dec. 22.* Guido Papa *Dec. 567.* Neque in effectu ab hac sen-  
tentia recedit Dn. Schilt, ex. 28. §. 23. sed tantum paulo alter  
decidendi rationem instruit, scilicet, quamvis directo non  
posit compensatio objici cessionario, utpote non obligato  
ei, qui compensare vult, at tamen negari non possit, cef-  
sionem factam esse in præjudicium juris compensandi,  
& hoc est, quod diximus, cessionem fieri non potuisse.  
Hoc vero certum, si post factam cessionem cedens de-  
bere incipiat debitori cesso, compensationi locum non  
esse, modo debitori cesso facta fuerit cessionis notifica-  
tio, arg. L. 3. C. de Novaz. aliqui pariter per clandestinam  
cessionem damnum inferre posset debitori cesso, qui eo  
promptius, vel merces vel pecuniam eredet cedenti,  
quod putet se compensando liberari posse à debito priori,  
quod jam alteri clam cessum est. Vid. Franzk. lib. 1. Resol.

**A**n & quate-  
nus debita fi-  
scalia possint  
compensari, 13. n. 41. seq. ubi pluribus de hoc themate agit,  
§. VII. In debitis fiscalibus quoque compensationem  
admittendam esse, satis apparet ex L. 46. ff. §. 5. de jure fisc. L.  
12. & f. ff. b. t. l. 3. l. b. t. Mæstert. de compars. qu. 4. n. 1. Quod  
etiam ad debita civitatum municipalium a Dd. extenditur;  
ut ut enim illis promiscue jus fisci non competit, de quo  
pluribus aëcum est in Tract. de success. ab Intest. Disput. 5.  
§. 10. & seq. nisi quod in Saxonia civitatibus mero imperio  
gaudentibus jus fisci tribuatur. Coler. P. 1. decis. 22. n. 3.  
Kœppen P. 2. decis. 7. n. 79. Attamen in hac materia com-  
pensationis ob summam ejus æquitatem civitates indi-  
cante cum fisco æquiparantur, Zanger de Except. P. 3. c. 8.

n. 19.

## DE COMPENSATIONIBUS.

7

n. 19. Carpz. P. 1. Cons. 8. def. 9. Dn. Harprecht Etus Tubing. celeberr. speciali dissertatione de Compensatione debitorum publicorum §. 6. capropter quæ in sequentibus de Fisco ocurrunt, etiam de civitatibus intellecta volumus.

§. VIII. Requiritur autem ut contra fiscum: locus sit compensationi, ut(1) debitum fisci intra duos menses probari possit, cit. L. 46 §. 4. Nam & hoc debitum liquidum esse videtur, prout §. 2. idem de praxi Saxon. asservimus; Neq; contrarium colligi potest ex L. 1. s. C. b. t. cum quod intra duos menses probari potest, facilem sui exitum reperiatur, ut dicitur in cit. L. f. (1) ut eadem quoque statio debeat. L. 1. C. b. t. ne confundantur officia & administrationes, Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. Tit. 7. n. 15. Briss. tr. de sol. lib. 2. tit. de compens. Christin Vol. 3. Dec. 3. n. 12. quod quoque admittendum est, si una persona diversas praefecturas gerat, Matth. de Afflict. Dec. 192. n. 4. Sunt enim reditus fiscales non unius generis, nec ad eundem finem in Republica destinati. Quidam enim inserviunt sustentationi ministeriorum, quorsum in Aula nostra pertinet die Salarien. Cassie; in Electoratu Saxonie die Fleisch-Pfennigis Steuer; unde ibi præstantur salarya. Alii ad expensas quotidianas Principis Chatoul-Gelder: Alii ad domanium seu sustentationem Principis, die Domanien-Casse: Alii ad expeditiones bellicas die Krieges-Casse: Alii ad expensas ordinarias Principis die ordentlichen Cammer-Rivenien oder der Hoff-Rentey-Intradens; hinc non confundenda erunt haec stationes, si quis compensationis beneficio frui velit, e.g. qua cassæ Domaniorum credita, illa compensari nequeunt cum eo, quod debetur cassæ tributorum aut bellicæ; exigit enim provida Republica ad ministratio, ne haec cassæ confundantur; unde co nfusionis publico summopere nocentis indicium est, si omnes

Hujus tota-  
penicationis  
requisita.

Reditus fisci  
diversi gene-  
ris non con-  
fundendi,

reditus publici ad eandem Principis Cameram trahantur, cuius rei exempla sunt odiosa. Pariter civibus contra civitatem compensando se tueri volentibus, non permisum est, utilius ipsum quod Cameræ civitatis crediderunt, cum tributis & aliis oneribus publicis, compensent, & hinc **Edimetry**-**Schulden** können mit der **Stauer**/**Schoß** und **Accise** nicht compensaret werden.

**Quando ces-**  
**set compen-**  
**satio contra**  
**fiscum.**

§. IX. Veruntamen etiam fiscus hic multa singulare privilegia, compensationem excludentia, habet. Nam (1) non admittitur compensatio in debito ex Calendario seu Codice rationum publicarum, in quo pecunia parata aliis mutuo data, consignatur, da die gegen baare Wieder-Bezahlung ausgelehrte Gelder verzeichnet seyn; ubi promta & parata debet esse restitutio, de quo vid. Brisson. de Verb. Signif. sub hac voco & Henricus Link. de Calend. c. 2. quod hodie ad cambia publica applicandum arbitratur Hahn ad W. b. t. n. 10. alias in privatis cambiis non denganda est compensatio, Carpz. L. 2. Roff. 102. n. 9. seqq. Ceterum nec in debitis ex Calendario compensationem denegandam esse censeo, si quis fisco ad eundem finem paratam pecuniam crediderit, ut illam sconorri exponat. (1) si quis debitor sit ex causa tributorum wegen Schoß und Schatzung L. 46. §. 4. de Iure Fisci, L. 3. C. de Compensat. quod præjudicio eleganti confirmat Hahn ad West. cit. l. Carpz. P. 1. C. 8. def. 9. n. 6. conf. Schile. ex 28. §. 28. seqq. (2) In debito ex vestigalibus l. 3. C. b. quo hodie referri possunt Zoll / Licenten, Accise, Geleit / Brücken-Geld &c. (4) In causa annonaria, veluti si præstandum sit frumentum, vel loco ejus, pecunia in die Korn und- Proviant-Häuser / Magazinen & quicquid annonæ causa debetur, Hahn. cit. l. (5) in debito alimenterorum publ. quæ publice præstari solent, etiam in Orphanotrophiis, Pro- cho-

## DE COMPENSATIONIBUS.

9

chotrophis, similibusque piis corporibus, recensitis in  
L. pen. C. de SS. Eccles. quo etiam moribus nostris stipen-  
dia legata ad alendos pauperes vel studiores refert Schilt.  
Ex. 28. § 36. imo hodie hoc in genere in omnibus alimen-  
tis futuris obtinere, putant Surd. de alim. tit. 8. priv. 53. n. 5.  
Giurb. Dec. 4. n. 48. Moestert. de compens. qu. 4. n. 5. (6)  
In debito destinato ad certos sumptus publice faciendoſ. I.  
3. C. b. veluti ad solutionem salaryorū publicorum Ma-  
gistratibus, Officialibus, Professoribus debitōrum, Tren-  
tacinq. lib. 3. tit. de compens. Resol. 1. n. 9. Mev. P. 9. Dec. 106.  
Ceterum non tantum sumptus ad salarya & stipendia hinc  
pertinent, sed etiam illi, qui destinati sunt ad conserva-  
tionem fontium, pontium, Moestert de Compensat. Q. 4.  
n. 6. Molina de J. & J. Tr. 2. Disp. 560. n. 25. An autem hoc  
quod de stipendiis dictum, in praxi extendi possit ad eum  
casum, quando pater mercatori injunxit, ut filio studiis  
dedito certam pecunia quantitatē studiorum causa ex-  
solvat, de eo dubitare licet. Quamvis enim Hillig. ad  
Don. lib. 16. c. 15. lit. q. & Rebuff. privil. Scholar. 168. id con-  
fidenter afferant, & huic sententiae etiam subscribat Linn.  
de Jur. publ. Lib. 8. c. 6. n. 81. qui rationem hanc substituit,  
quod Studiosus ex eo vivere necessum habeat. Attamen  
non recte semper concludere licet a statutis sumptibus  
publicis, ad id quod studiorum causa erogatur a mer-  
catore. Nec confundenda sunt alimenta ex publico prae-  
stanta, cum alimentis, quae a patre erogantur. (7) Si quis  
debitor sit fideicommissi civitatis d. I. 3. C. b. quod in lega-  
to ad pias causas quoque locum habere afferit Dn. Schilt.  
Ex. 28. § 38. inf. (8) si quis debitor sit fisci ex emto L. 7.  
C. b. t. & L. 46. §. 5. dejnr. fisci.

§. X. Hactenus ergo adducti casus communiter mense unius  
excipiuntur Compensationibus fiscalibus; Verum hic  
Tempore*riorum limitationum.*

B

x-



10 LIB. XVI. TIT. II.

æquilibrium prudentis Judicis non puto excludendum, sed potius generaliter hæ limitationes adductæ erunt sublimitandæ, nisi fisco ad eandem cauillam crediderim, ex qua ille quicquam a me exigit. Ponamus enim casum, ubi quis Cassæ Tributorum credit centum, wann er der Steuer-Casse vorgeschlossen hat, cur non, si tributa ab ipso exigantur, compensare posset. Idem quoque dicendum, Wenn der Accise-Casse vorgeschlossen ist. Vel etiam si quis horreis publicis frumento necessario destinatis, mille modios crediderit wann er 1000. Schessel Korn den Magazyn auf Credit gesetzett & postea civibus imponatur canon frumentarius horris publicis inferendus, iniquissimum sane esset, si nulla compensationis habenda foret ratio: Alias bis dat, qui cito dat. Ergo qui jam prænumeraverit, quod exigitur, satisfecit suo officio. conf.Dn. Harprecht Consil. 46. num. 30. & seqq. Et hoc multo magis obtinet, si hoc pacto crediderit, dass es bey fünftigen Anlagen in Abrechnung solle gebracht werden. Quod pactum omnino validum esse existimo, si ineatur cum illis, quibus cura ærarii publici ejusque administratio commissa est, quodsi vero cum solo receptore mit dem Steuer-Einnahmer hæc pactio inita sit, probandum adhuc foret, pecuniam cassæ tributorum creditam in ejus utilitate in fuisse versam; hic enim suo facto vel pacto privato ærario publico præjudicare non potest.

Habet Iusum  
in processu e.  
executivo.

S. XI. Cum itaque, ut statim ab initio monitum compensatio vim solutionis obtineat, certum est, eandem non minus quam solutionis exceptionem in processu executivo, etiam contra instrumenta garantigata, admittendam esse, Carpz. in Proc. tit. 22. art. 3. n. 15. seqq. quod etiam in Saxonia obtinere tradit. Id. c. l. §. p. i. C. 8. def.

## DE COMPENSATIONIBUS.

def. 12. Zanger de except. p. 3. Cap. 26. n. 82. & ita quoque adhuc locum habebit post rem judicatam in ipso termino executionis l. cum militi 16. §. 1. ff. b. t. L. ex causa a. C. b. t. quia compensatio non impugnat directo ipsam sententiam, sed eandem potius confirmat, cum si compensare possit debitor, rei judicatae eo ipso satisfecisse videtur. L. s. debitor. 4. ff. qui pot. in pign. Gail. L. 2. Obs. 17. n. 10. A. Fab. in C. lib. 4. sit. 23. def. 14. seq. Mev. P. 2. dec. 308. n. 4. Berl. P. 1. conclus. 84. n. 44. Franzk. lib. 1. ref. 13. n. 28. Neque aliud dicendum, si vel maxime judex in pronunciando ejus rationem non habuerit L. 7. §. 1. b. tit. ut adeoque cum adhuc in ipsa executione opponi possit, ne quidem appellatio necessaria sit, si a judice tantum neglecta, Mev. cit. l. inf. aliud vero obtinet, si plane rejecta fuerit, que rejectio, cum magnum prajudicium continet, Carpz. Lib. 1. resp. 4. merito appellationi locum facit, & si haec sit omessa, plane amplius opponi nequit, L. 1. §. 4. ff. de contrar. tut. Et u. fil. act. Hinc judex cautus in pronunciando esse debet, uti optime monet Fab. cit. loc. def. 5. Carpz. P. 1. C. 3. def. 15. & sere formula pronunciandi haud adeo gravans hodie hue pertinet: Einwendens ohngeachtet/ qua non tam reprobaratur ipsa compensatio, quam saltim ostenditur, ejus in praesentiarum rationem haberi non posse. Esbach. in Carpz. cit. loc. Huc pertinet sequens Responsum. Collegii Francosurt. de Anno 1680. Mens. Jun. ubi cum elapsis aliquor annis post rem judicatam urgeretur exceptio compensationis, ea propter, quod ejus in sententia nulla facta fuisse mentio, sequenti modo pronunciatum: Weil die exceptio compensationis ante sententiam nicht opponiret worden / und also dieselbe per sententiam tacite verworffen zu seyn nicht gesaget werden mag cum ultra id, quod in judicium deductum, se extendere auctoritas judicis

non posit. L. ut fundus 18. ff. commun. divid. & omnis exceptio peremtoria, quæ ante non ventilata, aut in judicium deducta, post sententiam opponi potest. Carpz. Proc. Tit. 25. art. 6. n. 59. Illud die exceptio compensationis in specie privilegiata sit, ut etiam post sententiam in ipsa executione opponi possit. Zanger de Except. P. 3. c. 26. n. 77. Brunnem. in Proc. Civil. c. 16. n. 4. Zumahsen da die angegebene debita compensanda an sich ex actis liquida sind/ oder doch in continentia sive intra terminum probatorium, Carpz. P. 1. C. 8. def. 13. liquida gemacht werden können / daher wenn auch in ipsa executione solche Exceptio Compensationis verworfen werden sollte/ eine justa appellandi causa entsteht/ Mevius P. 2. decis. 308. n. 9. So halten wir davor daß die exceptio Compensationis contra dictam sententiam annoch opponiert werden könne Q. N. B.

An Compensationi posse in eadem ratione, qua aliis juribus posse renunciari, renunciari? Mev. P. 8. Dec. 487. modo in specie renunciatio facta fuerit, cum generalis sufficere haud possit, ne quidem illa, quæ retentionis tantum mentionem facit. Sed hoc semper intelligendum existimo, modo creditoris aliqua ratione interstet, compensationem non admitti, alioquin merito exceptione dolii vel tua non interest, removebitur. Id. cit. l. n. 5. & 6. Quaratur vero, an renunciatio eo ipso facta fuerit, quod debitor jurato solutionem promiserit? quod recte negat Fachin. contr. jur. lib. i. c. 7. Zanger de except. cit. l. n. 14. Hahn, ad W. n. 10. b. t. quia etiam sic juramento satisfacit, nisi forsitan tempore juramenti praesenti mutuum debitum adfuerit, & hoc debitor jurans satis sciverit, tunc enim validior est presumptio pro renunciatione facta. Merenda L. i. Contr. c. 4. Seraph. de Seraphin. de priv. jur. priv. 74. n. 38. seqq. Struv. Ex. 21. §. 27.

§. XIII.

## DE COMPENSATIONIBUS.

13

§. XIII. Ex his autem evidens est, compensationi tacite renunciarum non esse, etiam si aliquis ad certi debiti solutionem se speciali pacto obligaverit. Unde in causa ubi virginis nobilis cognata quadam legati erant 5500. thaleri, hac tamen lege, ut si à viva testatrice aliquid accep-  
perint, hoc in compensationem ex capite anticipata so-  
lutionis venire deberet, cum vero postea nasceretur con-  
troversia inter heredem institutam & legataria, m̄h̄c au-  
tem ita compōneretur, ut instituta heres scil. Baronissa de  
K. simpliciter promitteret illius legati ex solutionem, sed  
a summa legata 1000. thal. jam dotis loco acceptos postea  
compensando deducere vellent, legataria autem efficaciam  
pacti & puræ promissiōis effectum urgeret, sequenti  
modo respondimus *Francofurii Mens. Febr. 1683.* Ob zwar  
die Frau von K. in der Beilage sub B. sich simpliciter zu  
Abtrag der im Testamēt vermachten Gelder erböten /  
und ex praxi hodierna geniß, quod ex ejusmodi nudo  
pacto valida hodie decur actio, pariter quam si solemnis  
contractus præcessisset. *Mev. P. 5. decif. 408. Carpz. P. 2.*  
*C. 19. def. 17. n. 8.* Weil aber dennoch von diesen 1000. Thaleren  
so loco dotis ausgezahlet worden / keine Benennung  
geschehen / viel weniger die Frau von K. daß sie selbe  
nicht abziehen wolle / sich erböten / sondern nur schlechter-  
dings zur Bezahlung sich offeriret, jam vero etiam qui  
compensat, solvit. *L. 4. C. de Compensat. Zanger de Except.*  
*p. 3. 6. 8. n. 1.* Adeo, ut qui omisso compensatione solvit,  
solutum condicere posit. *L. 10. §. 1. ff. de Compens. Leonh.*  
*Coppel de Compens. c. 10. n. 5.* *Sebast. Medic. de Compens.*  
*P. 2 qu. 21.* Imo & qui juravit se soluturum, compensare  
potest arg. *L. 4. §. 7. ff. de re judic.* *Struv. ad ff. 16. de Com-*  
*penſ. tb. 27. Covarruv. in C. Quamvis de Pact. in 6. Q. 1. §. 4. n.*  
*15. Zanger. d. c. 8. n. 14.* Ihr geschehenes Erbieten auch ob-  
ne dem dem Testamēt gemäß zu versiehen ist / nehmlich /  
B 3 was

Pactum de  
certo quodam  
legato solven-  
do non impes-  
dit compensa-  
tionem.

was bey dem Leben die legataria empfangen würde, solches pro anticipatione gehalten werden sollte. So erscheint daraus so viels, daß die Frau von R. durch ihr geschehenes Versprechen sich nichts verbindlich gemacht ohne Abzug der 1000. Thl. das legatum völlig zu bezahlen. V. N. W.

De Compen-  
fatione debiti  
uniuersitatis  
Collegiorum  
legio.

S. XIV. Hoc alias expeditum est, si civitas vel univeritas debeat, hoc civi ex illa universitate, creditum suis reposcenti, non posse opponi, & vice versa; ob evidentissimam rationem, quod aliud sit debitum civitatis, aliud ipsorum civium L. 7. §. 1. ff. Quod cujusque univ. nom. Lauterb. b. t. §. 9. Hahnius ad Wesenbec. b. t. n. 10. in fin. Quid vero si universitas credita sua a tertio exigens in partatione instituta bey der Gegen-Rechnung des debitoris, admiserit alicujus membra ex suo ordine debitum in compensationem, hac fiducia, quod illud iterum facile a Collega suo ob cessionem a creditore factam, consequi possit, hic vero solvere nequeat, an compensationis recessum etenus rescindere possit? Super hoc casu consulti respondimus in Collegio nostro hujus Academiae Mens. Jul. Anno 1697. sequentibus verbis: Ob wohl aus denen Rechten bekannt, quod debitum alienum in compensationem deduci nequeat, darvor auch dasjenige ratione torius Senatus zu achten, was einer oder ander Rathes Herr in particulari schuldig ist / cum, quod universitas debet, singuli non debeant, & vice versa, L. sicut 7. §. 1. ff. Quod cujusq. univ. nom. Carpzov. P. 6. C. 6. ae. 24. Weil aber dennoch der Rath dieses debitum des Rathes - Gliedes e. mit gutem Willen in Compensation oder Abrechnung bringen lassen / und also volenti Senatui hiendurch kein Unrecht geschehen / cum & volenti Creditori aliud pro alio solvi possit. L. 17. C. de solus. auch nicht hindert / daß der Rath die Zahlung von F. nicht erhalten; indem genug / daß dies ses

Responsum

## DE COMPENSATIONIBUS.

13

dieses ein verum nomen gewesen / denn ein mehters von einem cedente nicht gefordert werden kan. L. si nomen q. ff. beraed. vel act. veniat. So mag daher der Compensationes-Recess sub C. wegen nicht erhaltener Bezahlung von dem debitore cesso vor ungültig nicht gehalten werden. V. R.  
W.

S. XV. Insignem vero cum compensatione habet affinitatem retentio, in praxi ubivis locorum frequentissima, adeo ut ejus vicem sustinere videatur l. f. C. commod. & hoc nomine saepè veniat, L. u. C. depos. Carpz. P. 2. C. 25. Def. 17. n. 8. Mev. 2. Dec. 15. n. 5. Imo adhuc favorabilior est, ut scil. etiam locum habere possit, ubi compensatio ob qualitatem rei, vel debiti quiescit, licet vel maxime compensatio per sententiam rejecta fuerit, Mev. l. 8. D. 379. Seb. Med. de compens. P. 2. qu. 28. n. 5. atque adeo adhuc contra executionem locum habere possit. Molignat. de jure retent. qu. 424. modo non repugnat sententia, Mev. c. l. Et cum in ipsa aequitate naturali & defensione funderetur, facilius conceditur, quam petitio l. 4. C. de usur. l. i. de pign. §. 7. de rer. div. Vultejus V. 3. Cons. Marp. 34. n. 163. Potissimum utilitas ejus consistit in eo, quod propter securitatem ratione crediti, instar pignoris cuiusdam, imo promptissimum est medium, citius faciliusque suum consequendi. Mev. 2. Dec. 16. n. 6. unde etiam in jure quasi pignus dicitur L. 13. §. 3. de alt. emt. L. 31. §. 8. de edit. adit. l. 15. §. 5. de furt. L. 2. C. de captior. l. 11. l. 8. C. 10d. l. 10. C. de pign. & imprimitis utilis est, ubi ordinaria deficit actio. Mev. p. 6. Dec. 35. n. 1. & p. 7. D. 399. n. 3. 4. Imprimis vero etiam hi, qui non posse dent, jus retentiois tamen habent, in oribus hodiernis pro defendendo jure suo habent remedia quasi possessoria, Molign. de retent. qu. 117. & sic mandata decernuntur pro retentiois defensione, donec super causa cognitum

tum



## 16 LIB. XVI. TIT. II.

tum fuerit Mev. P. 3. Dec. 43. inf. & si ex possessione hi, qui retentionis jus habent, dejecti fuerint, tanquam spoliati restituendi sint Carpz. P. 2. C. 25. Def. 8. H. Pistor. obs. 107. n. 6. Berl. P. 2. concl. 32. n. 4. Mev. ad ius Lubec. L. 1. tit. 5. art. 13. n. 49. Fab. in C. lib. 5. tit. 7. def. n. quod praesertim inviduis ratione detis moribus nostris observatur. Carpz. c. l. Berl. c. l.

An in illiusque  
dis retentio  
locum ha-  
beat.

§. XVI. An autem, sicuti in compensatione, hic quoque debitum, ob quod alter jus retentionis prætendit, debeat esse liquidum, non omnium eadem est sententia. In negativam inclinat Capyc. Dec. 17. n. 7. seqq. Seb. Medic. de comp. P. 2. qu. 16. quam sententiam de jure civili veriorem esse existimat Lauterb. Diff. de retent. §. 6. quod leges de retentione loquentes, hujus requisiti hand injiciant mentionem; & hoc quidem adeo verum esse putant ut ne quidem, oblata idonea cautione cogi possit ad rem restituendam, cum eventus cautionis satis fragilis esse videatur, L. 66. §. 1. ff. ad Sct. Treb. Vincent. de Franch. Dec. 112. n. 12. seqq. Aut. Fab. in C. lib. 3. tit. 22. D. 15. Jo. a Sand. Decis. Frisc. lib. 3. tit. 15. def. 5. Cavalcan. Decis. 43. n. 51. Verum quemadmodum de jure civ. haut adeo inauditum est, ob illiquida & obscura cautionem admitti L. 5. §. 1. de stat. lib. & præterea iniquum & rigorosum videtur, ob debitum alterius valde dubium & incertum, justam alterius petitionem suspendere & differre L. 85. §. 2. de R. I. hinc nec diffitetur Lauterb. cit. l. §. 8. æquiorum esse sententiam contrariam & in praxi præferendam, præsertim cum alteri satis consulatur per idoneam cautionem, atque hanc æquitatem etiam sequitur jus Saxon. provinc. art. 24. & jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 13. conf. Neguzant. de pignor. p. 5. membr. 4. n. 10. Mev. p. 2. Dec. 309. n. 1. Hering. de fidejuss. c. 15. num. 117. Zang. de except. P. 3. c. 6. v. 31. Klock. Vol. 3. conf.

DE COMPENSATIONIBUS.

17

*conf. 115. n. 21. Carpz. lib. 4. R. 20. num. 21. Moller ad confit.*  
*Sax. 25. P. 2. n. 8. Hinc iudex ante omnia de eo cognoscere*  
*debet, Mev. P. 2. Dec. 214. & sufficit, si debitum est veris-*  
*mile, aut iis documentis innixum, quæ nuda negatione,*  
*aut altioris indaginis exceptione non tolluntur, Mev. P. 3.*  
*D. 369. n. 30. Sic itaque denegatur retentio ob dotem illi-*  
*quidam, Berl. P. 2. concl. 32. n. 15. Carpz. Lib. 4. Ross. 20. n. 19.*  
*Br unnen. cent. 3. Decif. 21. Carpz. P. 2. c. 15. Dec. 17. ob impen-*  
*sas illiquidas, Mev. P. 3. Decif. 368. Interim nemo destitu-*  
*endus est jure retentionis sine praecedente legitima, quam-*  
*vis summaria cause cognitione, Id. P. 2. Dec. 17. & P. 1. Dec.*  
*247. Quin aliquando nequidem in debito liquido jus reten-*  
*tionis amplius locum habere potest, si scilicet retinens*  
*tamdiu fructus & utilitatem omnem percepit, ut verosimi-*  
*le sit, inde ipsi satis esse factum, cum ex diurna perce-*  
*ptione jam debitum incipiat fieri illiquidum, Mevius P. 8.*  
*Decif. 437.*

§. XVII. Quodsi autem vidua jure retentionis u-  
 sura, jure partim liquido partim illiquido nitatur, & nihilo-  
 minus ob jus retentionis ex feudo discedere nolit, agnati De vidua re-  
 vero exmissionem urgeant & decretum judicis pro se ha-  
 beant, contra quod restitutionem in integrum secundum De vidua re-  
 stitutionem  
 stylum Dicasterii Pomeraniae petierat vidua, quærebatur,  
 quid interim faciendum? super quo Francofurti consultus  
 respondi Mens. Jun. 10. 1681. Ob wohl das Jus retentionis pretendente  
 niemand sine cause cognitione zu behben ist. Mev. P. 1. dec.  
 247. & Part. 7. dec. 161. n. 2. seq. Zumahlen da Bellagut in dem ob liquidum  
 Besitz der Güter per decretum confirmiret ist, hiß über denen  
 illatis erkant, wie dem ohne dem pendente Processu restitutio-  
 nis, nichts zu innovieren. L. un. C. in integr. Restit. petit. ne quid  
 novi fiat. Lancellott. de Attentat. P. 2. c. 18. Weil aber dennoch Rationes du-  
 (i) in genere Rechtens, daß wann eine Witwe jure retentio-  
 nis  
 C  
 nis

Rationes de-  
 cidendit.

nis in deu Gütern schot ein jedwoeder Creditor posterior  
Macht habe derselben dotem zu öffnen / und vergestalt pos-  
sessionem auff sich zu transferiren. L. 10. C. Qui por. in pign.  
& ibi Dd. Iacob. Andr. Cris. de jure offer. c. 7. n. 1. (2)  
Eben solches einem successori feudali umb so viel mehr zu vergön-  
nen / quia hujus inter est possessionem fendi habere , quo  
inde domino præstare possit servitia ; ob quam causam et-  
iam, non obstante retentione, ipsi compositionem conce-  
duntjura Ludovic. Post. de Manutene. obs. 72. n. 7. Mev. P.  
3. Dec. 14. (3) Zugleich behant / quod in illiquidis non sit lo-  
cus juri retentionis. Mevius P. 2. Dec. 115. n. 8. Carpz. lib. 4.  
Resp. 20. n. 19. sicuti in specie ob dotem illiquidam & con-  
troversam huic juri locum non esse, probat idem Carpz. P. 2.  
C. 25. def. 17. Hingegen Rechtens / quod uxor in casu dotis il-  
liquidæ tencatur ex bonis mariti discedere, modo heredes  
mariti præstata cautione promittant, se in casum sucum-  
bentia soluturos id, in quod condemnati fuerint. Berlich.  
P. 2. Concl. 32. n. 15. Muller ad Conf. Saxon. P. 2. C. 25. n. 7.  
Hering. de fidejuss. c. 15. n. 17. Est enim cautio in casu illiqui-  
di ordinarium remedium ad tollendum jus retentionis. Mev.  
P. 2. d. 214. n. 7. modo alia quam juratoria cautio præstetur.  
Mev. P. 9. Dec. 42. in med. Wie denn (5) unbillig seyn würde / ob  
illiquidam prætensionem alterius possessionem nolle resti-  
tutre , da sie doch auf allen Fall durch die Caution gesichert ist.  
L. 1. pr. ff. si cui plus quam per L. Falcid. Zumahlen / da sothane  
retentio rei alienæ odiosa ist, Mev. P. 2. Dec. 15. num. 8.  
imo plane injusta ob illiquidum, Mev. P. 2. Dec. 44. n. 3. (6)  
Solches alles auch der gestalt in specie in denen Pommerschen  
Landes- Privilegien vom 9. Febr. Anno. 1560. und in der Woi-  
linschen Constit. vom 24. Maii Anno 1569. versehen/ pro quo-  
rum iurium Provincialium observantia pronuncianendum;  
Responsio ad  
rationes du-  
bitandi. præsertim cum similia præjudicia in actis sint adducta. Hier-  
wider auch nicht hindert/ daß (7) Restitutio in integrum ge-  
sucht

## DE COMPENSATIONIBUS.

19

sucht / immassen eigentlich contra hoc punctum sententia & keine  
restritio gesuchet / sondern contra alia sententia membra / dara  
über der Proces nach Einräumung des Guts Böcke ebener machen  
absonderlich kan angestellet werden / über dem die gesuchte Resti-  
tutio in integrum nicht allemahl die executionem hemmet.  
Carpz. P. 1. C. 26. Def. 22. Anton Faber Cod. lib. 2. lit. 30. def.  
1. præterim si frivole petatur Mev. P. 3. Decis. 19. n. 2. per  
e. Suscitata 6. X de restit. minor. (2) Auch allhier nichts ohne cau-  
sa cognitione verordnet wird / weil ex amplissimis actis / daß  
der Actorum jus liquidum, rex vero jus illiquidum, onu-  
sam erhellset. (3) Und ob gleich provisionaliter vel ad interim  
der Witwen die possesio und retentio, donec super illatis co-  
gnitum, gelassen; Es ist doch bereits eine sententia oder Er-  
kantnis super illatis ergangen / auf welche primam sententiam  
in dem Bescheide vom 19. Mart. Anno 1678. gesehen / wie denn  
auch der istsge casus damahls nicht in controversia gewesen /  
ubifcl., quod liquido prætendere potest vidua, ipsi offer-  
tur, ratione vero illiquidici cautio promittetur, daher die  
priora decreta ad hunc casum oblati liquidi, & promissa  
cautionis nicht extendiret werden können / weil bekant / quod  
decreta & sententia sunt stricti juris, nec extanduntur ul-  
tra illa, qua in lite fuerunt. L. 28. ff. Commun. divid. Es  
halte ich davor daß die Wittib bey so bewanten Sachen nicht be-  
fuget sey das Gut Böcke länger an sich zu behalten / sondern vielz  
mehr dasselbe / wenn das liquidum baar erleget / und ratione  
illiquidici cautionis bestellet worden / zu räumen schuldig sey.

S XVIII. Præterea quoque jus retentionis non aliter  
competit, quam si ex justa causa rem alterius quis detineat,  
cum vitioso possessori illud prodesse non posse, Mev. P. 9. Dec.  
43. Gaij. 2. O. 12. n. 5. imo toties tantum retentio datur, quo-  
ties causa debendi coheret rei, Brunnen. Cent. 5. Dec. u. m. r.  
Mev. P. 2. Decis. 214. & 309. n. 6. quod imprimis contingit in  
expensis in rem factis, Malignat. de retent. qu. 117. Mev. P.  
3. Decis. 31. Sic ad vocatus jus retentionis in actis habet, do-

Vitioso pos-  
sessori reten-  
tio non com-  
petit.

C 2

nec

nec honorarium ei fuerit solutum, Brunnem; ad L. 25. §. 1.  
ff. solut. matrim. nam. 3. & conductor in re conducta, etiam  
finita conductione, cum ordinariis expensas & meliora  
menta servandi, remedium sit retentio L. 38. de R. V. Mev.  
P. 1. Dec. 128. tam bona fidei quam etiam m. s. possessori com-  
petens. Id. P. 5. Dec. 397. n. f. Struv. Ex. 11. th. 31.

## TIT. III.

## DEPOSITI VEL CONTRA.

§. 1.

Uus

An in depo-  
sito misera-  
bills infici-  
ando hodie  
exscat.

**C**um pleraque in hoc titulo sint juris Naturæ con-  
clusiones, de observantia earundem dubitare,  
eo minus licet, proinde hic omnia non sunt tan-  
genda. Videndum saltim de specialioribus ca-  
pitibus. Occurrit videlicet in hoc titulo etiam depositum  
miserrabile, quando aliquid naufragii, tumultus vel  
incendi occasione depositum est, itaut unica deponendi  
causa fuerit imminentis periculum. I. 1. §. 3. b. t. In hoc ne-  
gotio illud singulare est, quod ex eo aliquando ob dolum  
possit agi in duplum, cum depositarius dolose depositum  
inficiatur, in heredem tamen tantum in simplum ex dolo  
defuncti, nisi dolus proprius concurrat, ubi itidem tene-  
tur in duplum. L. 1. §. 1. ff. b. 1. 18. b. quod non tantum in ca-  
sibus a Prætore expressis locum habet, sed merito quo-  
que ad similes extendendum, veluti si depositum fiat pro-  
pter hostium incursum, propter inundationes aquarum,  
Cels. Bargal. tr. de dolo lib. 5. c. 14. n. 38. Vel si peregrinans in  
grave morbo constitutus, teneatur eligere fidem hospitis.  
Zahn de mendac. lib. 2. c. 26. n. 2. Cum enim necessitate ali-  
quid deponitur, utilitas publica postulat, ut majori frua-  
tur securitate id, quod depositum est, & ita, quando dolo-  
se

## DEPOSITI VEL CONTRA.

21

se agitur, crescit perfidiae crimen. L. i. §. 4. b. t. Conf. Franzk.  
ad b. l. n. 99. Arias de Mesa lib. 2. var. resol. c. 24. n. 3. seq.  
Mantica de tac. & ambig. convent. lib. 10. tit. 2. n. 4. quamvis  
alias in contractibus ob dolum non agatur ad poenam du-  
pli. Et hoc hodie generaliter asserendum esse, adeo ut ne-  
quidem in hac specie ad duplum agi possit, audacter asse-  
rit Groenevveg. de LL. abrog. ad L. i. §. 1. ff. b. t. quasi hodie  
mendacia & perfidiae crimina inter Christianos magis im-  
punita esse deberent, quam ipsos inter Ethnicos. Sanc in  
Republica Judaica sapientissimus legislator hoc perfidiae  
crimen adhuc gravius puniendum esse voluit, optime re-  
putans, a crimine furti parum abesse, si quis depositum  
quodcunque, non tantum miserabile, negaverit; Anima  
inquit Levit. VI. v. 2. seqq. que peccavist, & contento Domino,  
negaverit proximo suo depositum, quod fidei sua commissum fue-  
rat, convicta delicti reddat omnia, que per fraudem voluit  
retinere, integra, & quartam insuper partem Domino, cui  
damnum intulit. Neque ubivis locorum hanc dupli poenam  
exolevisse patet, ex jure provinciali Wurtenbergito P. l. tit. 3. §.  
f. & Reformat. Norimb. lib. 5. tit. 15. Imo quod hæc poena com-  
muniter dictari non soleat, id ignorantia & imprudentia  
Judicium omnino adscriendum est, Brunnen. ad L. i. ff. b. t.  
n. 3. qui eo gravius peccant, in non puniendis mendaciis,  
quo magis ad hoc ex officio obligati erant, de quo pluri-  
bus differui in presat. ad tract. Paciani de probat. & Disput.  
de abbreviad. process. per poenam mendacit.

§. II. Occurrit præterea alia species depositi, quæ ir-  
regularis nomine venire solet, quando scilicet rei fungibili-  
us depositæ usus depositario concessus est. Hæc lege, ut  
sufficiat, tantumdem restituere l. i. §. 34. ff. b. l. 24. l. 26. §. 1.  
b. t. quæ nec in nostris incognita est foris. Cum vero facile  
in mutuum degenerare possit, termini utriusque negotii eò  
dili-

C.3

Depositæ in  
regularis  
natura ergi-  
tur.

diligentius sunt distinguendis quo magis inter se in esse etu differunt. Nam compensationem omnem excludit depositum, secus ac mutuum, L. ult. inf. C. de compens. & praetera alia privilegia infra tangenda in deposito occurraint, que in mutuo cessant. Conceditur vero usus rei deposita vel expresso, vel tacite. Hoc fieri censetur, si pecunia deposita non fuerit obligata, sed potius depositario adnumerata L. 26, §. 2. b. 29. pr. b. t. quia sic data censetur facultas, ut depositarius illa, si vellet, uti possit. Mantica de Conject. ult. Vol. lib. 10. tit. 3. n. 12. nisi forsitan tales numeri depositi sint, in quos propter antiquitatem illorum, aut etiam aliam causam possit cadere affectio; Brunem. ad. L. 3. C. ¶ L. 24. ff. b. t. n. 3. quorsum retiam pertinent numini memoriales, die Schau-Pfennige. Hoc casu itaque manet depositum, quanvis irregulare in eo fiat, quod tantundem posuit restitui. Aliud si ab initio statim pecunia usum pertenti concederit, & cum eo convenerit, ut tantundem restituat, sic enim revera mutuum esse videtur, non obstante, quod depositi nomen intervenient, & sic privilegia depositi plane corrumpunt L. 9. inf. ff. de Reb. cred. Franzk ad ff. b. t. n. 37. Mantica cit. L. n. 15. Struv. Ex. 21. th. 36. a quo tamen diversus est ille casus, si depositarius usum pecuniae non petierit, deponens autem ex liberalitate ei permiserit, ut possit, si vellet, ea pecunia uti, nam tunc, priusquam ille natatur pecunia, adhuc depositum manet L. 10. de Reb. Cred. L. 1. §. 34. ff. b. t. Postquam vero usus est, in mutuum transit, si id ita conveniret, alias depositum, quanvis irregulare, manet. Neque enim in dubio in mutuum transisse, sed magis pro deposito adhuc presumitur Menoch. lib. 3. presumt. 69. n. 1. Mantica cit. l. n. 11. ubi ita decisum refert, quemadmodum etiam Dn. Mascovius de depos. irregul. lib. 12. ita Facultatem iuridicam Gryphiswaldensem pronunciasse refert.

fert; cuius ratio quoque inde petenda videtur, quod pro illo negotio merito presumendum; prout ab initio contractum fuerit, ne deponens alias omni privilegio depositi privetur. *omn. singul. vna. ann. 11. foliosb oibz 55753*

**S. III.** Ex quonunc facile colligitur, an usuras in deposito irregulari admittantur? Hoc quidem certum est, quo in casa in mutuum transiit ab eo tempore hodie praestandas esse usuras, quippe quæ hodie, etiam si non promissa sint, in mutuo debentur per R. J. de anno 1600. §. 50. vñel nun. Verum ubi manet depositum, quanvis irregulare, distinguendi sunt duo casus in *L. Lucius Titius. 14 ff. b. t.* (1) quando speciali pacto usura promissa fuerunt in casu, quo pecunia uti coepit, & tunc lex contractus servanda est. *L. 26. S. 1. ff. b. t.* quamvis privilegium deposito alias in concursu competens, ita amittatur, *L. 7. S. 2. ff. b. t. Carpzov. P. 4. C. 28. def. 33. & 59.* utrum vero hoc pactum hodie statim ab initio, quod præcise in *cit. l. 24.* requiritur, an vero ex post facto adjiciatur, parum refert, quia pactorum efficacia hodie est major, quam de jure Romano, uti ad *sit. de pac. monitum,* (2) quando plane non sunt promissa, & siquidem nulla mora intervenit, alias enim propter moram etiam in deposito præstantur, *arg. L. 32. ff. de Usur.* usuras vel ideo etiam non debentur, quod depositarius deponenti beneficium in suscipienda pecunia dederit, in cuius compensationem usus quodammodo concessus videtur.

**S. IV.** Quamvis autem alias feminæ de jure communi & que valide contrahant, ac masculi, ramen secundum praxin Saxoniam indigent ut plurimum curatore, *Landes Recht lib. 1. tit. 44. & 46.* hinc quæstio oritur, an etiam feminæ, accipiens depositum, se possit absque curatore obligare, & ita conveniri ad restitucionem? Id quod negat *Carpz. P. 2. decif. 14.* morus hisce rationibus (1) quod in custo-

An hodie  
furz peti  
possint in  
deposito ir-  
regularis

An uxores, &  
pud quas res  
depositas in-  
digent cura-  
tore.

DEPOSITI VEL CONTRA.

24  
custodia parum judicij vel consilii requiratur, (2) quod ex deposito tantum agatur ob dolum vel culpam latam, in hoc vero mulierem plane adjuvandam non esse, (3) quod praeterea actio depositi sit satis privilegiata, imo quod mulier sub hoc praetextu restitutionem denegans, vix possit effugere maculam infamiae. E contrario Schilter. Ex. 28. §. 51. seqq. in alia omnia abit, existimans à regula communis haec in specie non esse recedendum, & ad singula Carpzovii argumenta responderet. Si dicendum quod res est, Carpzovii sententia æquitate commendatur, in eo imprimitis casu, si certum sit, mulierem depositum suscepisse, quod si tunc restitutionem deneget sub praetextu defectus Curatoris, utique in dolo & malitia versatur, cui non indulgendum 133. de R. V. Quod si tamen minorem diligentie gradum, imo periculum rerum depositarum in se suscepisset L. 1. §. 6. b. t. vel depositum irregulare contraxisset, Schilteri sententia in foris Saxonice prævalere deberet, cum in hisce casibus dispositio juris Saxonici facilius possit locum habere.

§. V. Deponuntur variae res, móbiles scilicet, nam circa immobiles magis mandatum contractum videtur, vid. Caut. Contr. S. 2. c. 3. §. 6. Quod si cista clausa deposita penes aliquem fuerit, singulæ species in illa contenta videntur depositæ L. 1. §. 4. b. t. licet vel maxime speciatim, omnes res in illa comprehensæ, non fuerint depositario demonstratæ, Mantica cit. l. tit. 5. n. 7. Sæpe tamen in praxi graves ex eo oriuntur concertationes, quando deponens conqueritur, non omnes res amplius reperi in cista; duplex enim oritur inde difficultas, tum quomodo possit doceari, quid & quantum in cista fuerit; tum an depositarius semper ex nomine teneatur, cum præter dolum & culpam latam nihil præstet, utrumque enim probandum videtur a deponente, Carpz. lib. 2. tit. 5. resp. 69. Struv. Decis. Sabb. c. 6.

De-

De deposita  
Cista.

*Decis. 17. Mev. P. 9. Decis. 54.* Recurrentum itaque hic ad circumstantias & inde resultantes conjecturas. Si cista deposita bene clausa vel signata fuerit cum depo-  
neretur, ubi vero reponitur, sigilla fracta, vimque adhibitat esse appareat, certe gravis inde oritur suspi-  
cio adversus depositarium, quia aliquando juramento purgatorio elidenda, si depositarius sit homo integræ famæ, & vitæ honestioris. Franzk. b. t. n. 66. Mantica  
cit. l. n. 6. quod præjudicio illustrat Hahn ad Wej. b. t. inf.  
*Mev. P. 9. Decis. 55. n. 5.* Aliquando vero si suspectus valde depositarius sit, ita ut ex circumstantiis præsumi possit,  
eum perfidum & reseratæ cistaæ consicum, vel aut orem esse, deponens vero vir honestus, & ea conditione vivat,  
ut probabile sit, quod tantam pecuniam summam, vel  
res ejus generis, quas desperatas dicit, habuerit, adju-  
ramentum admittitur, ut per hoc res inclusas probet  
Hahn. cit. l. Mev. cit. l. Mantica de tac. & ambig. convent.  
*lib. 6. tit. 5. n. 4.* Ut tamen depositario non sit denegan-  
da probatio contraria, Mantica cit. l. n. 10. Certe in ge-  
nere multum hic judicis prudentiæ relinquendum, Mc-  
noch. lib. 2. de A. jud. Q. qu. 208. n. 26. seqq.

vita honestioris.

*§. VI.* Ceterum an si dolus circa rem depositam  
commissus, e. g. per reclusionem arcæ depositæ, actio scarii tene-  
tiam contra heredes, sive in solidum, sive pro parte Quatenus dñs  
competat, apparebit ex sequenti Responso Fac. Jurid. dolum depo-  
Francfurt. de Anno Mense Weil aber das depositum uns  
leugbahr / die reclusio arcæ depositæ, & sic delictum cir- tur heres  
ca rem depositam commissum ebenfalls zugestanden ist und  
in Rechten klar versehen / quod heres de re deposita apud  
defunctione teneatur, etiam si hic dolum commiserit L.  
7. S. 1. ff. deposit. I. Ex contractibus 49. ff. de O. & A. so ist das  
hero sonder Zweifel / quod hic depositi actio contra filios  
D tan-

tanquam heredes competat. Und ob wohl in casu amissio  
rei depositorum a deponente erwiesen werden muß / quod  
lata culpa depositarii res perierit, L. Quod Nerv. 432. ff. de-  
pos. Carpz. lib. 5. Resp. 13. n. 10. So ist dennoch solches in pra-  
senti casu nicht nothig / qui enim semel dolo vel illicite  
quid fecit circa rem depositam, ille tenetur postea, qua-  
cunque etiam ratione res perierit L. 1. §. 25. ff. depos.  
Et ibi Dd. Ob nun wohl ferner die jura deutlich verordnen  
quod ex dolo defuncti heres teneatur in solidum, L. 7.  
§. 1. ff. d. 1. L. 12. ff. de Obl. & Aet. und also scheinen möchte /  
dass Klägern frey stände einen aus der depositaria Söhnen zu  
erwehren / und denselben in solidum zu belangen. So ist doch  
solche convention in solidum nur eo modo zu verstehen / ut  
heres excipere non valeat, parum vel nihil ex illo dolo  
ad se pervenisse, sed solidum depositum ab eo repe-  
ti poslit; quodsi vero plures heredes sint, pro ea tan-  
tum parte tenentur, qua quisque heres est, d. L. 7. §. 1.  
in fin. ff. deposit. Carpz. lib. 5. Resp. 24. n. 8. Müssten also  
beyde Söhne belangt werden / es wäre denn / dass einer un-  
ter ihnen sich nur der Erbhaft angemessen / als dann derselbe  
allein in solidum vor allen Schaden und Interesse haftien  
würde / cum in deposito non nuda res veniat, sed fructus  
quoque & omnis causa L. 1. §. Et ideo 24 ff. depos. welchen  
Schaden und Interesse nebst dem Verlust der Obligation Klä-  
ger juramento in item zu akkumulen / wohl befugt / zumah-  
len da allhier der dolus gnugsam am Tage L. 5. pr. ff. de in-  
lit. jur. Carpz. 4. Resp. 75. n. 2.

An ob dolum  
sonderndna-  
tus, hodie ad- cedatur,  
huc infamis  
sit.

§. VII. Cum autem depositum fidei alterius con-  
stituendo bonam fidem adhibeat, L. bona fides 37. ff. b. 2.  
adeo ut leges Romanæ infamia notent eum, qui dolose  
restituere recusavit, & ob illum dolum condemnatus  
est, L. 10. C. b. t. l. 6. ff. de bis qui not. infam. Perez in C. tit.  
de

deposit. n. 7. Dolus autem ante omnia manifestus esse debet, ubi enim aliqua causa, etiam fatua, dummodo malitia absit; allegatur, propter quam restitutio denegata est, infamiam nullam depositarius incurrit, cum etiam fatua causa a dolo excusat, L. pen. C. de dol. mal. adeo ut nequidem reservatione famæ opus sit, Mev. P. 2. Decis. 340. Existimat tamen Schilt. Ex. 28. §. 50. nos hodie alio jure uati; adeo ut nec ob dolum condemnatus infamis fiat, quamvis consultius ad lites evitandas credat, si fama in sententia reservetur; sed de hoc merito dubitandum, cum Carpz. P. 4. C. 45. Def. 10. & Richtero P. 2. decis. 80. n. 35. existimantibus, condemnatos ob dolum ne quidem moribus recipi posse in collegia Opificium, præsentim cum ejusmodi dolosa iniiciatio vel denegatio parum abesse videatur a furti specie L. 1. §. 2. l. 67. pr. ff. de furto.

§. VIII. Præterea adeo favorabilis est restitutio depositi, ut secundum L. pen. C. b. t. illico & quam celeriter me illud reddere modis omnibus depositarius compellendus esse, dicatur. Inde Doctores an famam arripiunt, disquirendi, qualis processus in causa depositi sit adhibendus, an ordinarius, an vero summarius? Pro summario processu, & quod paratissimam executionem habeat, valde pugnant Coler de processu executionis P. 3. c. 2. n. 16. seqq. Menoch. lib. 2. arb. quæst. cent. 2. cans. 154. Mev. ad ius Luebec. lib. 3. tit. 3. art. 2. n. 8. & P. 1. Decis. 200. n. 1. Mantica de ambig. convent. lib. 10. tit. 10. n. 1. Klock. vol. 2. cons. 72. n. 7. seq. Carpzov. Proc. tit. 1. art. 1. n. 49. Verum licet id facililime concedi possit, ubi de deposito constat ex instrumento fide digno paratamque executionem habente, ut etiam ipse Mev. P. 2. Decis. 37. suam postea limitavit sententiam, quia tunc propter instrumenti fidem summarie procedi debet, licet hoc tunc non adeo singulare sit, utire.

&c judicat Brunnemann ad cit. L. pen. n. 3. Id vero ad eum extendi nequit casum, si de deposito non adeo constet, sed altiorera adhuc requirat indaginem, tunc enim ordinario processu opus esse certum est. Mevius cit. decisi. 37. n. 3. Fibig. in processu P. 2. c. 16. m. 1. sect. 1. . §. 1. 3. n. 6. Ruland de Commiss. lib. 4. P. 4. c. 4. n. 35. Neque aliud ex L. pen. cit. concludi potest, quæ tunc denum occissimam restitucionem injungit, si de deposito res certa sit.

**An exceptiones contra depositi restitutionem admittantur.** §. IX. Ubi itaq; de deposito constat, tunc ubiq; parator deber esse executio, & depositarius cum inibus modis compellendus ad restitucionem rejectis exceptionibus. Sic ergo nulla contra depositum admittitur exceptio compensationis L. 11. C. b. cit. etiam vel maxime quantitas sit deposita, aut estimatio rei depositæ præstari debeat, Zanger de exception. P. 3. c. 8. n. 18. Mantica cit. l. n. 9. Sed hoc can etiam ad exceptionem retentionis ob impensas extendi possit, dubitant, propter L. 11. Cod. b. 2. quod Hahn ad Wes. b. tit. n. 5. simpliciter negat, ob exuberantiem fidem, quæ in deposito concurredit. Sed communis sententia, quæ etiam in praxi recepta, & verior & æquior esse videtur, cum repetens merito in dolo sit, quod expensas necessarias in ipsam rem depositam factas refundere nolit, quo ipso tamen beneficium tributum est, quod rem meliorem recipiat; Brunnem. ad L. 11. cit. n. 6. Ruland de Commiss. cit. l. n. 6. Struv. Ex. 11. §. 44. Mantica cit. l. n. 24. Neque præcise contrarium ex cit. l. n. evincitur, quævel intelligi potest, de expensis illiquidis, propter quas alias quoque non est locus retentionis; vel utilibus, cum tales facere non debuisset, usum rei quippe plane non habens.

**De exceptio-**  
**ne dominii.** §. X. Ulterius non potest deponenti opponi exce-  
ptione dominii L. 1. §. 39. b. nisi tertius concurrat, & domi-  
num se rei depositæ dicat, qui tunc deponenti præser-  
dus

## LIB. XVI. TIT. III.

29

dus in restitutione L. 31. §. b. t. confer. quæ dicta ad tit. com-  
mod. Quod vero quidam arbitrentur, nec arresto impedi-  
ti posse restitutionem, id cum grano salis merito accipi-  
endum. Nam in Authent. Sedjam caustum C. b. tit. dispo-  
nitur quidem, per denunciations a tertio depositario fa-  
etas non impediri debere restitutionem depositi, non ta-  
men hoc extendi potest ad arrestum a judice legitime im-  
petratum, ut forsitan facilius res judicata executioni dari  
possit, Richter ad cit. Authent. Klock. vol. 2. cons. 72. n. 22.  
& 51. vel ut Creditori hoc remedio contra debitorem for-  
te discussurum eo melius consulatur.

§. XI. Denique in concursu quoque creditorum hos De privilegio  
singulare privilegium deposito datum est, ut si res depo- personali in  
sumpta sit, depositarius ad minimum habeat privi- concursu.  
legium personale, L. si ventri 24. §. 2. de reb. aut. jud. possid.  
uti decisum refert Brunnem. cent. 1. Decis. 15. & sic quoque  
in Facultate juridica Francofurtana respondimus Mens. Nov.  
Anno 1674. cuius Responsi tenorem hic inserere lubet, cum  
simil controversiam de prioritate debiti cambialis cum  
deposito consumto in concursu creditorum contineat. Ob  
gleich Thomas Timpfen Foderung als ein depositum möchte  
geachtet werden/ welches in concursu allen andern präferirret  
wird; Weil aber solche Gelder nicht mehr in natura verhanden/  
sondern von dem debitore ausgegeben/ so kan ihm kein anders  
als personale privilegium zustehen/ vermöge dessen Er nur post  
Hypothecarios ante Chirographarios zu befriedigen L. 24.  
§. 2. de Reb. auct. judic. poss. Carpz. P. 1. C. 28. def. 150. Ingleis  
chen kommt denen Creditoribus ex cambio kein anders als per-  
sonale privilegium zu Carpz. Decis. 280. n. 15. Denn ob gleich  
Berlich. P. 1. C. 64. n. 14. & Marquard. de Jure Mercat. lib.  
2. c. 12. n. 65. denen selbst ein Jusprælationis tribuiret/ ist doch  
solche sententia nicht recepta, wie denn auch Marquardus selbst  
attestinet/ das in Lübeck das contrarium gesprochen werde/ auch  
sonst

D 3



30 DEPOSITI VEL CONTRA

sonst niemand eine hypotheca tacita oder legalis verstatitet werden kan / wann nicht eine expressa legis provisio verhanden ist Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3. qu. 33. n. 14. Bachov. de Pignor. lib. 1. c. 9. n. 4. Urceolus Consultat. forens. c. 69. n. 2. Da nun solcher Gestalt das debitum cambiale allein inner personaliter privilegiatos zu schenken ist / (wann nicht des Objets ein anderes statutum verhanden) und unter diesen der deponens ratione consumti depositi den Vorzug hat / so scheinet dahero das / nach denen Hypothecariis zu erst die ex deposito angegriffene und nicht mehr verhandene Gelder/nachhers aber die Wechsel zu bezahlen seynd / Es ist aber diese decisio deshalb dubia , quod pecunia cambiali cum deposito paria adseriabantur privilegia , teste Carpz. P. 3. Decis. 280. n. 14. & 16. ut hinc pro rata ipsis satisfaciendum sit. arg. L. 32. ff. de reb. auct. jud. poss. Und ob wohl der Deponens einen expressam legem vor sich habt d. L. 24. so wird doch dasselbst zugleich de mensularii gehandelt / welche in effectu mit denen campstrialiis übereinkommen / wie denn auch in L. 8. ff. depositi von denen argentariis gehandelt wird. So seynd dahero so wohl die deponire als Wechsel-Gelder in diesem Fall pro rata zu bejahren.

Vr. R. W.

¶ XII. Quemadmodum vero depositum gratuitum esse debet, ita merito quoque pro turpi lucro habendum, si ab invito Deponente pro restitutione aliquid extortum sit, id quod proinde conditione ob turpem causam repeti potest L. fin. ff. b. tit. Franzk. b. tit. n. 16. Improbatur itaque merito quorundam judicum praxis, dum propter pecuniam penes se judicialiter depositam, de singulis centum thaleris aliquid detrahere solent, quasloco mercredis vel honorarii, id quod tamen ex debito petere non possunt, nisi inveteratam consuetudinem pro se allegare possint. Carpz. P. 2. C. 28. def. 22. Quemadmodum quoque iudex in eo peccat, si lucrum ex deposita pecunia querit, illam sub usris elocando, nisi fiat in merum credito-

si

ris favorem, Richter consil. s. n. 18. Mevius P. 8, decis. 164.

num. 7.

§. XIII. Est præterea singularis depositi species SE-  
QUESTRATIO, quæ rei litigiosæ depositum est. L. 6. l. <sup>Sequestrum  
quæcunq; præ-  
hibetur.</sup>  
n. §. 2 b. tit. quæ quatenus utriusque litigantis voluntate  
fit, sine dubio permitta est. L. 6. b. 1. Sed darur præterea se-  
questrum judiciale seu necessarium, quod a judice, parte  
possidente invita, fit, & regulariter prohibitum est, L. un.  
*Cod. de probib. sequestr. L. negantes q. C. de O. & A. Jacob de*  
*Arena de sequestrat. n. 2. Goeddeus de sequestr. c. 1. n. 483.*  
*seqq.* Est enim extraordinarium remedium & odiosum  
Mev. P. 1. Dec. 167. n. 7. Speciemque executionis sapit, <sup>a</sup>  
qua initium non faciendum. Id. cit. l. n. 1. seqq. Curt. de  
sequestr. qu. 22. n. 75. Quod etiam jure Saxonico obtinet  
Land. R. P. 2. art. 17. & P. 3. art. 73. Carpz. P. 1. C. 30. def. 1.  
Solent proinde sepe in praxi peccare judices, quando  
statim ad implorationem alicujus sequestrum decernunt,  
& quidem sub clausula consueta, sed admodum frivola:  
periculo perennis. Caroc. de depos. P. 3. qu. 11. n. 5. quæ tamen  
sequestratio est illegitima & ipso jure nulla. Anti. Fab. in C.  
depos. def. 2. n. 1. Adeo ut ab omni immunis si poena, qui  
judicis inique sequestrum decernentis resistit, Mev. P. 5. Dec.  
307. & si judex sequestrum inique decretum ad effectum  
deduxit, remedio spolii contra judicem alteri consulen-  
tendum C. 4. X. ut lit. pendent. Conf. diff. de facto judicis de  
fact. quin etiam is, qui inique sequestrum impetravit,  
tenetur ad refusionem sumtuum, damnorum & interesse  
Carpz. P. 1. C. 30. def. 21. Gail. de arrest. c. 13.

§. XIV. Cum itaque sequestratio in præjudicium <sup>Quonodo-</sup>  
singulare possessoris vergat, merito ille ante omnia citan <sup>morbis legi-</sup>  
dus est, Mev. P. 1. Decis. 6. Bauman de sequestr. c. 5. n. 1. Myns. time prece-  
C. 2. obs. 13. Curt. de sequestr. n. 40. nisi periculum sit in cernenda se-  
questratione.

210.

mora, & alia æquitatis ratio hoc remedium celerrime ex-  
petat, tunc demum inaudito quoque eo, qui inde ladi-  
potest, decerni solet, Fab. in C. lib. 4. tit. 3. def. 6. Mev. P. 5.  
decis. 233. & P. 2. Dec. 246. n. 9. seq. Vincent. Caroc. de sequestr.  
P. 3. qu. 3. Accedere præterea debet causa cognitio, non  
quidem plena, sed summaria, Mev. cit. I. n. 5. Coler. de pro-  
cess. execu. P. 3. c. 11. n. 69. Myus. C. 2. Obs. II. videlicet a  
parte petitoris debet considerare jus, propter quod pe-  
titur sequestratio, neque enim sine apparente jure peti-  
toris decerni potest, Fr. Marci Decis. II. 47. num. 2. seq. cum  
debeat facere ad conservatio[n]em juris petitoris, Brunnem.  
ad cit. I. unic. n. 16. Deinde judicare debet. an alio reme-  
dio petitori cautum esse nequeat, Mevius P. 2. Decis. 246. n.  
7. quod si enim cautione oblata pars litigans convenienter  
securitate gaudere possit, cessare debet hoc odiosum re-  
medium, unde quoque contraria medicina sequestri esse  
dicitur, quæ non tantum impedit sequestrationem, sed  
eandem etiam relaxat. Franc. Curti de sequestr. n. 55. Mev.  
P. 1. D. 167. n. 8. & P. 9. Decis. 88. n. 7. & 10. Carpz. P. 1. C.  
30. Def. 19. in tantum, ut contra judicem, sequestrum sub  
cautione relaxare recusantem, mandata decernantur. Gail.  
I. O. 26. n. 1. & lib. 2. Obs. 44. n. 9. conf. Struv. Decis. Sabb. c.  
6. Dec. 24. Ubi præjudicie id illustrat, & cum pro securita-  
te rei directa sit, non sufficit præstare cautionem de ju-  
dicio sisti, sed imprimis de judicato solvendo, Koppen De-  
cis. 36. n. 10. seqq. Carpz. cit. I. Gail. de arrest. c. 1. n. 12. quam-  
vis in arrestis regulariter tantum requiri putet cautionem  
de judicio sisti, Mev. P. 4. Dec. 36. Quod si tamen per cau-  
tionem causa, ob quam sequestrum decretum, non tolla-  
tur, relaxatio quoque minime sequitur. C. 8. c. 13. X. de  
restitu. spoliat. Cludius de sequestr. c. 10. n. 4. veluti si ob scan-  
dalum publicum sequestratio facta fuisset. Franc. Curtius  
de

## LIB. XVI. TIT. III.

33

*de sequestr. n. 55. inf.* Præstanta autem cautio communiter per fidejussiones & pignora, nec regulariter juratoria sufficit, vid. Curt. *de sequestr. n. 56.* Goedd. *de sequestr. c. 3. n. 10.* seqq. Carpz. *P. 1. C. 30.* Def. 20. præsertim si alio modo cautum esse possit, Mev. *P. p. Dec. 42.* quod communiter limitant, nisiis, qui cautionem juratoriam offert, sit vir virtæ probatae, Mysing. *cent. 2. obs. 11.* Gail. *1. Obs. 48. n. 6.* Ubi de præxi camerali testantur. Carpz. *cit. l. n. 6.* Bocer *d. 2. disp. n. tb. 82.* Clud. *de sequestr. C. 10. n. 21.* cum plerumque contra suspectum decernatur sequestrum.

§. XV. Imprimis autem causa magna requiritur ad decernendam sequestrationem, quorsum pertinet metus dilapidationis & prodigalitatis, ut si uxor sit furiola, & maritus bona dilapidet *L. 22. §. 8. solut. matrim.* non autem sola allegatio prodigalitatis sufficit, sed summarie docenda, Franc. Curt. *de sequestr. num. 32.* quo pertinet, si debitor ob malos mores suspectus sit, ordinatos ad dilapidationem. Id. *n. 34.* Porro idem obtinet, si magna adfuit fugæ suspicio, veluti si non possideat bona immobilia vel altè pauca & non sufficientia. Coler *de process. execut.* *P. 1. t. 2. n. 109.* Curt. *cit. l. n. 33.* Scacc. *de judic. lib. 1. c. 38. n. 6.* idem dicendum, si debitor contumax sit. Hahn *ad Weisenb. b. tit. n. 5.* Porro si subsistat metus armorum, vid ord. *Cam. P. 2. tit. 21. §. ult. von der streitigen Possession.* Vinc. Caroe. *de sequestr. P. 2. tit. 21. §. ult.* Sic etiam fructus aliquando sequestrantur, si debitor obæratus eosdem absumat, Coler *cit. l. n. 123. conf. L. 20. C. de agric. &cens.* ibique Brupnem. *n. 2. l. 5. C. quando appell. non recip.* Idem obtinet in debitorre fisci, qui, cum ob debitum fiscale etiam possit incarcereari *L. 2. & 3. C. de exact. tribut.* multo facilius ejus bona sequestrari possunt. Coler. *cit. l. n. 138.* Sic etiam aliquando Iurisdic̄io sequestratur, si de ea lis sit, & interim casus

Quales cap*ta*  
se requirant  
ur ad decer-  
nendum se-  
questrum.

34 DEPOSITI VEL CONTRA.

accidat, in quo ab alterutra parte absque alterius insigni præjudicio Iurisdictio exerceri nequit, & ita in Camera pronunciatum in causa Marchionis Badensis contra Ducem Würtenberg. Anno 1573. refert Gylmannus Symphorem. tom. 3. voce sequestratio &c.

*Mactam per  
sonae seque-  
strari possunt*

S. XVI. Non infrequens quoque est, aliquando personas ex causa iusta sequestrari, quo imprimis pertinet, si debitor se expresse sequestro & incarcerationi obstinxit, de qua obligatione, an moribus valida sit, nonnulli quidem dubitant, vid. Goedd. de sequestrat. c. 1. n. 13. Bachou. tr. de pignor. lib. 3. c. 21. Verum cum nemo invitus tenetur uti cessione bonorum, non appetet ratio, cur non in defectu cessionis ad carcerem, qui tunc obtinere debet, se obligare possit. Mev. dis. 1. levam in op. debit. 5. 1. c. 4. n. 12. Myrl. cent. 6. obs. 51. Hillig. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. Z. præfertum cum variis locorum moribus carcer sit approbatus, de quibus vid. Gieseber. Pericul. stat. P. 1. art. 14. n. 346. quod & in foro Saxonico obtinet. Carpz. P. I. C. 30. def. 2. confer Struvius decis. Sabb. c. 6. Dec. 30. Præterea in feminis frequens est sequestratio, locumque habere potest, si puella duobus fidem dedit de matrimonio, metusque adsit, ne ab alterutro inducatur ad carnalem concubitum. C. 14. X. de sponsalibus. Gaiilius lib. 1. Obj. 112. num. 15. ubi præjudicio illud confirmat, quo casu judex ecclesiasticus eam in loco tuto constituere debet, vid. Tractat. de diffens. sponsalit. Sect. 4. c. 3. §. 8. Dn. Coccejus diff. de sequestr. femin. c. 2. §. 7. Idem dicendum, si adsancti indicia, filiam tenui induci ad sponsalia celebranda, nam etiam hoc casu in loco tuto constituenda est, ut possit liberam animi sui edere sententiam c. 14. X. de Sponsal. Gail. 2. Obs. 54. n. 7.

*Feminum  
sequestratio  
quando lo-  
cum habeat-*

LIB.

• (35) •

LIB. XVII.

TIT. I.

MANDATI VEL CONTRA.

§. I.

**S**i cuti per mandatum amico negotia peragenda com-mittuntur, ita pro negotiorum varietate manda-tum quoque variat. Si judicialia negotia com-mittuntur, inde oritur mandatum *judiciale*, de quo princi-paliter agitur ad *tit. de procurat.* quando vero negotia ex-trajudicialia alicui demandantur, inde est mandatum *e-xtrajudiciale*, de quo imprimis h. tit. agendum erit.

Mandatum  
variat.

§. II. Præmitendum autem est, in jure Romano duplex genus mandati occurtere, *simplex*, quando quis mandat simpliciter alicui sua negotia absque ullainteres-sione; & *qualificatum*, quando in ipso mandato concur-rit intercessio quadam, quod contingit, quando alicui quis mandat, ut cum tertio suo periculo contrahat, veluti pe-cuniam mutuam det, §. 2. I. b. t. l. 12. §. 13. & 14. l. 22. §. 2. l. 45. §. ult. b. t. quo lensu fidejussores & mandatores con-junguntur in rubr. ff. & C. de fidejuss. & mandas. Solennis hujus mandati formula occurrit in l. ult. §. 1. ff. b. quæ ita se habet: *Peto E⁹ mando tibi, ut fidem dicas pro Publico Merito apud Sempronium, quaque a Publico soluta tibi non fuerint, me representaturum bac epistola manu mea scripta notum tibi facio.* Similis occurrit in l. 24. ff. de fidejuss. & mandat. si petierit a te frater meus, peto des ei nummos si-de & periculo meo. Quemadmodum itaque apud Roma-nos hujusmodi mandatum contrahebatur, si quis peric-u-lo suo vel fide sua mandaret, ita quoque moribus hu-jusmodi mandata frequentia sunt, quando alicui injun-gitur ut cum alio contrahat, auf seine Worte, auf seine Gee-fahr

Mandatum  
simplex &  
qualificatum

fahr / quod præjudicio apud Carpzov. P. 2. C. 13. def. 24. illustratur, Conf. Finckelth. Obs. 16. n. 12. Ratio differentiæ inter simplex & qualificatum mandatum est maxima, quod hoc inire Uxores & mulieres non possint, cum intercessionem contineat, L. 24. ff. de fidejuss. & mandat. l. 19. C. cod. l. 3. C. ad SCt. Vellej. i. 6. l. 19. §. 5. ff. cod. bene tamen illud; quin quod beneficia fidejusoribus indulta, mandatoribus illis applicari possint, non vero hisce.

**A**n differentia. S. III. Expeditum vero est, inter mandatum qua-  
hodie adit in lificatum, & fidejunctionem maximam differentiam fuisse,  
ter manda-  
rum qualifi-  
catus & fide-  
dum est. (I) Fidejussio olim solennibus verbis per si-  
pulationem fiebat, S. I. I. de V. Obl. Ast quando quis  
suo periculo mandat, hoc solo consensu quomodo cun-  
que declarato expeditur, etiam per literas l. 24. ff. de fi-  
dejuss. & mandat. l. ult. §. 1. b. t. inter absentes solo nutu,  
&c., quod in fidejussione longe aliter sese habebat. Un-  
de muti quidem mandare hoc modo poterant, sed non  
fidejubere. Ast hodie hæc differentia non amplius atten-  
datur, cum quibuscumque verbis & signis sola voluntatis  
declaratione etiam fidejussores accipiantur, vid. Caut.  
Contr. scđ. 2. c. 6. §. 1. Hering. de fidejuss. c. u. n. 26. seqq. Struv.  
ex 47. tb. 37. Dn. Höppius ad pr. I. de fidejuss. (II) In eo  
quoque differentia statuitur, quod mandatum principa-  
lem obligationem præcedat, fidejussio vero sequatur, ei-  
que accedat l. 11. §. 14. b. t. Sed vero hæc differentia in ef-  
fectu nullum adeo discrimin inducere videtur, quod nec  
ipsi ICti Rom. negaverunt, uti apparer ex L. ult. §. 11. ff.  
mandat. Subtilius adhuc (III) discrimin traditur in l. 28. ff.  
b. t. quod scilicet mandator suo nomine teneatur, fidejusor  
vero nomine alieno l. 1. §. 8. ff. de Obl. & Ab. ex qua diffe-  
rentia postea hanc in foro Romano inducebant conclu-  
sio-

## MANDATI VEL CONTRA.

37

sionem: fidejussorem pro debitore solventem eum quidem ipso jure liberare, *pr. l. quib. mod. coll. obl. l. 38. §. 2 ff.* defolut. sed non mandatorem, quippe qui proprio & non debitoris nomine solvisse videbatur, *L. 13. ff. de fidejuss. & mandat. l. 28. b. t. l. 31. pr. ff. de hered. petit.* Sed tantum ope exceptionis, Gothofred. in *not. ad cit. l. 28. lit. X.* Verum quemadmodum *in l. 112. ff. de R. I.* hæc differentia non adeo commendatur, ita secundum fori nostri principia eo minus in effectu hoc discrimen attendendum erit, ut proinde Schilter sententia, in *Pr. Jar. Rom. Ex. 28. §. 75.* non adeo a vero abludat, statuentis, in foris nostris hujusmodi differentias non esse cognitas. Forsan tamen in eo adhuc differentia statuenda esse videtur, quod mandatum sit contractus b. s. & concurrente dolo in famet; secus ac fidejussio.

S. IV. Ceterum in judiciis hujusmodi genera mani-  
datorum satis hodie frequentia sunt, cum judices a parti-  
bus sape sollicitentur, ut ipsorum periculo aliquid de-  
cernant, in quo tamen, si judices hujusmodi petitis sta-  
tim assurgant, plerumque quam perniciose erratur. Con-  
tinent hujusmodi sollicitationes revera mandatum, uti ha-  
bitenus ostensum est; sicuti autem mandatum ad iniqua &  
illicita non obligat, ita iudex tales sollicitationes atten-  
de & seposita cause cognitione periculò potentium quid  
decernere non debebat, cum hæc tam sancte ipsi sit in-  
 juncta a legibus. Hoc facile indulgeo, posse judicem pro-  
cedere ad partis instantiam, ubi cause cognitio non requi-  
riter, quale exemplum est *in L. 3. §. 8. de B. possess.* vid. Bla-  
sius Altimarus *de nullit. sentent. P. 2. Rubr. 12. qu. 273. n. 26. seq.*  
sed alias nunquam solet urgeri, ut periculo potentis iudex  
hoc vel illud decernat, sed tunc ordinarie ita petitur,  
quoties causa cognitio requiritur, quam hoc ipso aju-

Quousque  
judices per  
culo partium  
quid decerne-  
re possint.

dice omittendum esse volunt; quod sicuti expresse legibus contrariatur, ita quoque judicem non liberabit ab actione ad interesse & injuriarum, quod periculo petentis hoc vel illud contra ordinem juris & justitiae decreverit, quod imprimis in criminalibus præcavere voluit, Carol. V. in C. Crim. art. II. Conf. Carpz. pr. crim. qu. III. n. 30, Variis hoc ipsum exemplis illustratum est in Dissert. de periculo petentis,

An nuncius ad mandatum simplex, quo simpli-  
in praxi diffe- citer & absque ulla intercesione negotium mandantis  
rata manda- nomine gerendum & expediendum suscipitur. Evidem  
tario.

S. V. Progredior ad mandatum simplex, quo simpli-  
in praxi diffe- citer & absque ulla intercesione negotium mandantis  
rata manda- nomine gerendum & expediendum suscipitur. Evidem  
tario.

& nuncius alterius nomine agere & expedire videtur,  
sed revera nuncius non agit, non contrahit, sed  
tantum voluntatis alterius interpres, imo instrumen-  
tum est merum, per quod alter agat, & idem quod e-  
pistola præstat, l. 2. de pact. l. i. §. 1. mand. §. un. l. de Obl. ex  
consens. l. 2. §. 2. ff. de Obl. & act. adeoque etiam mandata-  
rius per nuncium constitui potest, l. i. §. 1. b. t. Unde in  
effectu olim hæc differentia insignis erat, quod nuncius  
ex negotio, quod mediante eo gestum erat, nullo modo  
obligaretur, sicuti quoque non sibi, sed mittenti actionem & obligationem acquirebat, l. 15. ff. de consit. pecun.  
ibique Gothofred. in not. his. d. l. 4. C. quod cum eo qui in  
al. potest, plenius Dn. Lauterbach. Diss. de nuncio. Sed in  
mandato res longe aliter sese habebat, ubi mandans con-  
trahens sibi directo & actionem & obligationem non ac-  
quirebat §. 5. f. per duas person. cuique acquir. l. 38. §. 17. l. 126.  
§. 2 ff. de V. Obl. adeo ut si mandans ex contractu mandata-  
rii sui contra tertium agere vellet, actiones prius a  
mandatario mandanti cedenda essent, ut ita utilibus  
actionibus experiri posset, l. si procuratorem 8. §. 5. l. si man-  
datum 45. §. 5. b. t. l. 43. ff. cod. id quod etiata in institoribus

Mandans  
mandatario  
absque cessa-  
no olim non  
acquirebat.

## MANDATI VEL CONTRA.

39

bus observabatur, qui quasi procuratores & mandatarii erant. L. i. in f. ff. de insit. act. Excepti tamen erant quidam casus, in quibus utiliter absque ulla cessione poterat mandans agere, si mandatarius vel ex re domini acquisivisset l. 68. ff. de provocat. si actio cedi non posset ob absentiam mandatarii l. 3. l. 5. ff. de prator. stipul. Verum hodie explosa hujus juris scrupulosa subtilitate, dominum ex contractu sui procuratoris directi sine ulla mandatarii cessione agere posse, censet Greenvvdeg. de LL. abrog. ad l. 49. ff. de acquir. vel amitt. poss. quod etiam confirmat Schilter ex 27. §. 4. Dn. Hertiū de obligat. mandant. & mandatar. contemplat. tertii §. 5. quæ sententia rationem habet. Conclamatuum enim est hodie, in contractibus ad simplicitatem nudam juris gentium respici, atque adeo, quæ ex Jure Rom. subtilitates hisce superaddita sunt, cum moribus Germanorum simplicioribus, qui maxime in conventionibus dominantur, subsistere non posse. Et cum ex plerorumque Practicorum confessione receptum sit, ut alteri per alterum obligatio queratur, uti testatur Carpz. P. 2. C. 29. def. 201. Cothmar. art. 2. resp. 54. n. 87. Fab. in C. lib. 4. m. 34. def. 1. r. 1. Brunnem. ad l. 25. ff. de paci. n. 3. Mev. P. 4. Decif. m. n. 5. Christinæ Vol. 3. Dec. 34. n. 11. Qued etiam pluribus demonstratum est in Vsi. mod. ad tit. de pact. §. 12. Quid ergo mirum, si etiam per procuratorem directo Domine acquiratur, ut nulla cessione amplius mandans contra tertium indigeat. Quæ posita sententia quoad hunc passum non adeo multum inter nuncium & procuratorem intercerit, cum per

Nuncius nihil agit, si revocationis ignoramus nihil omnis nuntiatio voluntatem alterius declarat.

§. VI. Interim in eoadhuc superest differentia, quod, ubi per nuncium res agitur, ipse dominus agat & contrahat, non nuncius; sed si mandatarius ad contrahend

dum constitutus sit, ipse mandatarius contrahit, & inde  
jam quoad obligationem domini insignis quoque occur-  
rit differentia. Quando enim dominus revocat manda-  
tum, & mandatarius revocationis ignarus illud bona si-  
de exsequitur, nihilominus dominus obligatur, & nego-  
tium sustinetur l. 15. ff. b. 1. Voluit enim dominus facto  
mandatarii obligari & acquirere, ergo hic quoque revo-  
cationis certior fieri debuit; sed qui nuntium misit, & per  
eum alteri voluntatem suam declaravit, potest commis-  
sionem revocare, ignorante etiam nuncio, & ita nihil  
actum censetur, sillerat revocatoriae ad nuncium missum  
ad eum non pervenerint, & ita nuncius b. f. voluntatem  
domini tertio declaraverit, que tamen jam eo tempore  
revocata fuit l. 4. pr. ff. de manum, vind. l. 15. §. ult. qui  
& aquib. manum, conf. Ferdinandus Arias de Mesa lib. 3.  
var. resol. c. 40. n. 12. seqq. Et hoc videtur respexisse Ponti-  
fex in c. f. de procur. in 6. quod procurator ad contrahen-  
dum matrimonium missus nihil agat, si post revocatio-  
nem, licet ipsi ignoratam, sponsalia contraxerit, quia  
talis procurator magis nuncii personam, quam mandata-  
rii sustinuisse videtur, Sanchez de matrim. lib. 2. Disp. II.  
n. 28. Lauterb. de nuncio N. 30. & 6. 8.

Mandata a  
consiliis diffe-  
runt.

§. VII. Sicuti itaque in mandato ita alicui negotium  
committitur, ut praeceps illud suscipiat periculo mandan-  
tis, ita simul quoque facile distinguitur a consilio nu-  
do, quod quidem quis alteri bona fide dedit, sed non  
haec intentione, ut praeceps alter id sequeretur, sed  
ut liberum ipsi re inquatur, velitne illud sequi nec ne, &  
ita consulens nec de eventu consilii, nec actione man-  
dati tenetur l. 10. § 7. ff. b. 1. Loquor de consiliis proprie-  
tatis, nam moribus dantur consilia, que necessitatem in-  
se continent duplarem, a parte ejus qui consulitur, tum  
ut

## MANDATI VEL CONTRA.

43

ut Consilium ab aliis capiat, tunc ut illud sequatur, hinc in Ordinat. Carolina jubentur judices in causis gravioribus Consilia JCtorum requirere, conf. Art. 29. & passim. Idem in Saxonia obtinet, adeo ut judices sine prævio JCtorum consilio torturam vel poenam decernere non possint. Sic etiam in causis, qui peritorum informatio- nem requirant, judex a peritis artis consilium petere debet, sicuti ubi de fœthalitate vulneris dubitatur, Medicis consulendi sunt juxta art. 134. C. Crim. L. 6. C. de remilit. quorum judicio hac in parte standum est, arg. l. 12. ff. de flat, hom. Sed hujus modi consilia magis vim definitoriois judicialis, quam sententia obtinent, & inde a na- tura consiliorum proprie dictorum recedunt.

§. VIII. Quæ cum ita sint, durum sane est, a con-  
sultente exigere, ut eventum consilii præstet, id quod ra-  
men moribus non raro a ministris publicis, qui consili-  
um principi suggerere solent, & vi officii debent, exi-  
gi solet, si forsitan consilium ab iis datum sinistrum for-  
titum fuerit effectum. Sicuti enim Princeps non obliga-  
tus fuit ex consilio ministrorum suorum, ita nec con-  
sulentes inde obligari possunt, si forsitan Principi haud  
expediatur, l. 2. §. 6. b. t. Optime Cicero lib. 16. ad Attic. e-  
pist. 7. quid debet, qui consilium dat, præstare preter fidem.  
Sæpe consilia regulis prudentiae humanæ fatis conformia  
videntur, ita ut nihil executioni felici decesse videatur;  
sed Deus, qui humanarum actionum summus arbiter est,  
longe aliter dirigit consiliotum eventum, juxta vulga-  
tum: homo proponit, Deus disponit. Cum itaque even-  
tus rerum non sint in potestate consulentiū, præsta-  
re quoque eosdem nequeunt; pertinet hoc illud Poeta:

*Consilium sapiens, occasio commoda, felix*

*Exitus, unius sunt tria dona Dei.*

*Extra ordinem quidem contingere quandoque potest,*

F

ut

ut eventum sui consilii ministri præstare debeant, si vel admodum imprudens vel fraudulentum fuerit, l.47. l.62.  
*de R. I.* Ast id non est ex natura consilii, sed ex delicto & culpa concurrente; Veruntamen hoc rursus solet in abusum trahi, ita ut ex solo eventu sinistro judicetur, utrum consilium ineptum vel fraudulentum fuerit, necne, & ita sub prætextu eventus consilii ministris imputetur, quod jam observavit suo tempore Plinius, qui lib. 3. epist. ult. notanter ait: *omnino iniquum, sed usu receptum, quod honesta consilia & turpia, prout male aut prospere cedunt, ita vel probantur vel reprobantur.*

*S. IX.* Simile fere judicium ferendum de commendationibus, quæ quarecaus in generalibus tantum consequentes a copiæ sunt terminis, effectum mandati non habent, l.12. §. 12. ff. b. t. l. ult. C. quod cum eo qui in al. pot. Finckelthaus obf. 16. n. 1. seqq. Carpz. P.2. Dec. 126. Equidem moribus inter mercatores literas commendatitias obligare vulgo tradunt Dd. Finckelth. cit. l. n. 7. Marquard. de jür. mercato. P.2. c. II. n. 69. Carpz. P.2. C. 18. def. 24. n. 7. quod scil. inter mercatoribus fides exuberantissima requiratur, Finckelth. cit. l. n. 8. Ast hæc ratio non satis stringere videtur; Si enim commendantes fidem suam interposuerunt, tunc ingenere etiam alii non mercatores inde obligantur; sed potius tales commendationes, ut ut verbis generalibus conceptæ fuerint, inter mercatores non alium in finem fieri solent, quam ad conciliandum novo mercatori fidem apud alios, & ita in effectu talis commendatio est specialis, prout etiam animadvertisit Gosvyn ab Esbach. in Carpz. ad Def. ult. inf. Simile fere occurrit in Jure Lubevensi P.3. tit. 10. art. un. ubi ita disponitur: Will jemand einem Fremden sein Guth nicht verkauffen und ein ander steht dabei und saget / ihr möget ihn wohl vertrauen / die Bezahlung wird euch werden / wird der Verkäuffer von dem Käufser

## MANDATI VEL CONTRA.

fer nicht bezahlet / so muß derjenige zahlen / welcher den fremden loben thät / dadurch der Verkäufer verführet worden ; tales enim commendationes ad fidem alteri conciliandam sunt maximi præjudicii , cum inducant alterum ad fidem habendum , quam alias habiturus non fuisset , nisi tertius iugnotum commendasset , ut ita sola commendatio alterius causam ad contractum talem dederit . Conf. Mev. ad Jus Lubeo. cit. l. Ipsa igitur commendatio talis inter mercatores quandam persuasionem & rogationem in se continet , ex qua obligatio valida nascitur . Sola sane & nuda assertio non sufficit , veluti si quis interroganti responderit : Ich habe oft und mannigfalt mit ihm gehandelt und guten Glauben gefunden / quia ita tantum de tua scientia affirmat , non vero contendit , ut alter etiam ei fidem habeat , Mev. cit. l. n. 37 . nisi fortassis hæc affirmatio dolose facta fuisset , ut alter fraudulenter ad contrahendum induceretur , sic enim ex dolosa affirmatione quoque quis obligari potest , de quo actum est dissent. de obligat. affirmantis .

§. X. Ceterum alias extra hunc casum commenda-  
tiones speciales semper obligant , quatenus ad certum Quid si com-  
contractum cum altero ineundum commendationes mendatio ad  
tendunt , quia tales commendationes æquiparantur man- certum con-  
tractum di-  
recta ?  
datis qualificatis , seu quæ intercessionem in se continent ,  
cum revera ita commendans periculum in se suscipiat ,  
conf. Philippi ad dec. Elec. 42. Obs. 1. n. 43. seqq. ubi præjudiciis hoc ipsum confirmatur . Hoc intuitu in praxi hujusmodi commendantibus non deneganda quoque sunt illa beneficia juris , quæ alias intercessoribus competunt , si quidem illi opponere possunt beneficium ordinis , ut scil. principialis debitor prius excutiatur Mev. P. 8. Dec. 121. n. 3. modo non negaverit se commendasse , Faber in C. lib. 14. def. 3. n. 3. Nam in jure novo Imperator omnibus intercessoribus succurrit Nov. 4. c. 1. & sic quoque illis , qui pro-

commendatis fidem suam interponunt, Lauterb. diff. de  
benef. excus. lib. 23. Quod si plures eundem commendave-  
runt & fidem pro commendato simul interposuerint, nec  
beneficium divisionis iis denegandum moribus exit.

In mandato  
extra judiciali-  
extra judiciali est,  
valet substitu-  
titio.

§. XI. Ceterum hoc adhuc peculiare in mandato  
extra judiciali est, quod mandatarius alium substituere  
possit, secus ac judicialis procurator, cum ad processum  
peragendum singularis personæ eleæa videatur industria  
vid. lsf. M. ad tit. de procur. sed mandatariis extra judicialia  
libus jura satis aperite id indulgent, l. 8. §. 3. ff. b. t. ibi: ad  
agendum enim duntaxat hoc facere non potest. In c. t. X. de  
procur. in s. in 6. expressius ita dicitur: procurator veroda-  
tus ad negotia, potest libere quandoque alium deputare  
Mev. P. 5. Decis. 177. n. 4. modo æque habilem manda-  
tarium constitutus, cum inhabilem constituere & negoti-  
um non ea, quæ decet fidelitate, expedire, sint paria,  
Wissenb. ad ff. diff. 22. n. 15. Et hoc ipsum tunc in primis  
procedit, quando certa & exacta forma alicui prescri-  
pta est, quoisque procedere debeat, quia hic facillime  
hæc forma mandati ab aliis servari & attendi solet; Ca-  
stren. in l. 22. §. 12. ff. solut. matrim. Menoch. lib. 2. præf. 38.  
n. 3. Bartol. in l. ult. in ff. de div. & tempor. præscr. astubi  
negotii expeditio generaliter alicujus dexteritati & pru-  
dentiae commisiam, ibi major dubitandi ratio superest.

Nisi certa  
personæ indu-  
stria electa.

§. XII. Scilicet tota hæc causa ex præsumta voluntate  
mandantis decidenda est, qui ubi certæ personæ indu-  
striam & prudentiam elegit, substitutionem per indire-  
ctum admittere noluisse videtur. Sic enim substituendi fa-  
cultas deficit, si expresse prohibuit mandans, Salic. adl. 8.  
C. de procurat. n. 3. idem quoque tunc dicendum est, si pro-  
hibendi animus aliunde colligi possit. Et hinc Dd. recte  
colligunt, in omnibus negotiis arduis, quæ singularem in-  
dustriam & præcautionem requirunt, nec ubi certa forma

præ

## MANDATI VEL CONTRA.

47

præscripta est, ex præsumpta voluntate cessare facultatem substituendi. Brunnem. ad l. 31. n. 2. ff. de solut. Lauterb. in Colleg. ad ff. hoc tit. §. 7. Hondonæus vol. u. consulf. 55. n. 77. seqq. Salicet. ad cit. l. 8. Menoch. lib. 2. praf. 38. Idem fere obtinet in delegato, qui regulariter subdelegandi facultatem habet, nisi forsitan singularis delegati industria electa fuerit, quale exemplum est in c. 15. cui 12. de offic. & potest. jud. deleg. in 6. in eo, cui provisio personæ incerta commissa erat a Pontifice, quod mandatum cum incertum & indefinitum, seu ad certam personam non restrictum erat, singularem providentis prudentiam & soleritatem requirerbat & respiciebat, & ita subdelegandi potestatem excludebat. Et hoc in genere in jurisdictione delegata obtinet, quando gravis & ardua causa delegata fuit. Menoch. lib. 2. praf. 31. n. 4.

§. XIII. Quando itaque mandatum respicit operas alicujus singularis artificiales aut ingeniosas, tunc substitutis artificialibus substituendi facultas cessat, quia censetur electa persona singularis industria. Nam ut Ictus in l. 31. pr. ff. de solut. stria electa, ait, inter artifices longa differentia est & ingenii & naturæ & doctrine & institutionis conf. l. 26. §. 12. ff. de legat. 3. Exinde nunc insertus in cit. l. 31. Si quis navem a se fabricandam vel insulam ædificandam fossamne faciendam & quidem suis operis promiserit, quod tunc alius, invito creitore, ad opus faciendum admitti non possit. Atque hinc recte ex h. l. concludit Brunnem. ad l. 31. cit. n. 1. in operis artificiis, in quibus vertitur ingenium & ars, in dubio intelligitur electa persona industria & ita substitui nequit.

§. XIV. Porro procuratorem ad alienandum datum non posse substituere ajunt; vid. Cujac. in lib. 3. Paul. ad edit. Lauterbach de procurat. substit. c. 3. §. 5. inf. quod ibi quoque sit singularis persona industria electa. Atque hoc ipsum Venulejus in l. 15. §. 2. ff. de div. & tempor. pre-

Procurat. ad alienandum non potest sub. substituere.

F 3

script.

*scripto quoque afferere videtur, ubi primario agit de coniungendo tempore inter emtorem & venditorem, & subinde indicat, conjungi quoque tempora inter emtorem & venditorem, licet venditio per mandatarium facta fuerit, non vero per mandatarii substitutum, nisi id ipsum, ait JCtus, dominus ei permiserit. Sic itaque procurator ad vendendum datus non substituit, nisi id ipsum dominus ei permiserit, cum in vendendis rebus quoque multum situm sit in vendoris habilitate ad negotiandum, quod in primis tunc obtinebit, si mandatario nullum certum substitutum sit pretium.*

*An universa-  
lis mandata-  
rii subsitu-  
tie queat.*

*S. XV. Similiter, qui omnium bonorum & rerum procuratorem cum libera potestate constituit, omnino singularem mandatarii electi industriam & aptitudinem ad talia negotia peragenda respxisse videtur, cum nemmo soleat universorum bonorum constituere procuratorem, nisi cuius fidem probavit, exemplo tutoris, qui cum inquisitione eligendus. Proinde ad universa negotia nequit substituere, nisi forsitan ad unam quandam & particularem causam, ut colligitur ex c. 3. de procurat. in b. Inde quoque patet, quare Pontifex in. in c. 9. cod. substitutionem non admittat in casu, quo quis ad contrahendum matrimonium mandatum accepit, cuius rationem Pontifex his exprimit verbis: *proper magnum quod ex facto tam arduo posset periculum imminere.* Sunt utique cause matrimoniales arduæ & magni momenti, & inde rursus personæ industria censetur electa, conf. Philipp. Franeus ad cit. c. 9. n. 4. seq.*

*Vt etiam  
ratio hinc ha-  
benda.*

*S. XVI. Præterea electam mandatarii industriam esse, colligi potest ex verbis mandati, quod fundatum etiam agnoscit Imperator in alia materia in l. us. §. 9. Sin vero C. de caduc. toll. ajens: Sin vero talis est verborum conceptio & facti natura, ut quod relictum est ab alio,*

i. m. -

## MANDATI VEL CONTRA:

49

impleri non posse, vid. Menoch. lib. 2. pr. 21. n. 6. veluti si dictum fuerit, tua dexteritati hoc negotium committo, de tua prudentia plene confido. Gail. lib. 1. Obs. 97. n. 6. & similia ejusmodi verba, quae indicant specialiter mandantem elegisse fidem mandatarii.

§. XVII. Mandatum ordinarie quidem est gratuitum, sed tamen honorarium admittit l. 6. pr. 1. 7. ff. & l. 1. tum admittat C.b. quod si pacto determinatum est, sive ex intervallo sive honorarium in continenti, exinde hodie valide agi potest. Si certum promissum sit, veluti si dixerit, ich will ihn für seine Mühe einen guten Recompens geben/ actio deficit, cum nihil certi peti possit, & ex arbitrio mandantis hoc u-nice dependeat l. 56. & pen. l. 17. C.b. Hoc tamen moribus limitant in illis personis, quae non solent sine honorario operas gratis praefare, uti sunt procuratores judiciales, advocati Fianz. b. l. n. 37. seqq. Lauterbach in Colleg. ad ff. b. 1. §. 45.

§. XVIII. Paucis adhuc de mandato rei turpis agendum erit, quod jure nostro non esse obligatorium, satis constat ex L. 6. §. 3. b. t. quod non tantum catenus verum est, ne mandatarius, utut rem turpem expediendam suscepit, ad illud implendum teneatur, cum turpe negotium pro impossibili repudetur L. filius. 15 ff. de Condit. Inflit. impossibilium autem nulla obligatio L. 185. ff. de R. I. Sed etiam, si quis mandatum turpe ad voluntatem mandantis expediverit, nullus ipsis patet regressus contra mandatorem ad reparationem illius, quod mandatario hoc nomine praestandum incumbit L. 28. §. 6. ff. b. t. & L. 123. ff. de V. O. Klock. Vol. 2. Consil. 59. n. 29. Nec prodesse mandatario poterit, etiamsi mandans expresse promiserit indemnitatem; Objectum enim hujus negotii turpe manet & juri contrarium, quod obligationem juris non admittit, cum obligatio sit juris vinculum, non iustitiae pr. Infl. de Oblig.

§. XIX.



50 LIB. XVII. TIT. I. MANDATI VEL CONTRA.

Ad poenam  
uterque te-  
netur.

§. XIX. Interim tamen cum & mandans & man-  
datarius in delicto versentur obligationem ex delicto ra-  
tione utriusque hic nasci, expeditum est, ita ut uterque  
ad idem supplicium obligetur, L.3. § 3. ff. de Injur. L.11. § 3.  
& seq. ff. eod. & hinc mandans homicidium pariter cum  
mandatario gladio puniendus est. Vid. Carpz. Pr. Crim. P.1.  
qu. 4. L.5. C. de Accusat. L.15. ff. ad L. Cornel. de Sicar., quod  
in specie de crimine assassinii, seu conducti infidelis ad  
occidendum Christianum obtinet, ut uterque poena rotæ  
afficiatur Theodoric, in Colleg. Crim. Disp. 7. ib. 4. lit. b.  
Carpz. Pr. Crim. qu. 19. n. 1. & seqq. Imo hoc casu solum con-  
silium delinquendi, si alter consilium executus sit, pari  
poena afficitur. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cas. 351. n. 81.  
Farinac. Prax. Crim. qu. 129. n. 23.

Quid si pa-  
rere habeat  
necessitatem?

§. XX. Exceptio quidem communiter hic suppedita-  
tur pro mandatario, si mandanti parere necessum habue-  
rit, L. Liber homo 37. ff. ad L. Aquil. L. 157. pr. & L. 167. §. 1. ff. de  
R.I. Verum hoc vulgo ad leviora delicta restringunt: In a-  
trociioribus autem hoc non obtinere dieunt, licet inter-  
im mitigationem quandam poenæ admittant. L. Servizio.  
ff. de O. & A. L. 4. §. qui filium ff. de remilitari. Tiraqu. de pen.  
temper. caus. 34. & seqq. Ast vero hic omnino perpenden-  
duni est, qua ratione imperio suo usus fuerit mandans,  
& annon mandatarii se excusare, vel aliter ab execu-  
tione mandati se liberare potuisset: Hoc enim casu parum  
excusationis aderit pro mandatario, quo minus poenam  
ordinariam subeat; quantum enim in ipso fuit, omnibus  
modis declinare & deprecari hoc mandatum debuisset.  
Quodsi vero omnia haec sed frustra tentaverit mandata-  
rius, & ipsi grave periculum in easu ulterioris resistentiae  
imminet; e.g. Si magister militem militi sibi subiecto, uterum vulnare  
mandaverit, & si non fecerit, gladio stricto se illum petere velle dixerit;  
Er solle heuer geben/ oder er wolte ihn über einen Haussen  
stoßen / tunc omnino mandatarius a poena ordi-  
naria absolvendus.

T A N T U M



**S**War Klipp' und Felsen sind nicht leichtlich zu er-  
steigen/ (auff;

Doch wem kein Schweiß verdrüst/ kommt endlich oben  
Ein längst erwünschter Port will sich nicht eher zeigen/

Als wenn die Wachsamkeit regiert des Schiffes-Lauß;  
Wem keine Arbeit schreckt; wem keine Müh entgegen/  
Genieset mit der Zeit vergnüglich süße Ruh:

Er kan sein mattes Haupt mit Freuden niederlegen/

Und schreibt man seinem Fleiß allein die Ehre zu.

**Herr Bertram/werther Freund/Wohin**  
gieng Dein Bemühen?

Zu sammeln für den Schweiß die schönsten Früchte ein!  
Drüm siehest Du nunmehr Dein Lob in Annuth blüh'n/

Wozu die kluge Schrift kan satsam Zeugnuss seyn.  
Du siehst/ ich wünsche es/wie Dir das Glück zur Seiten/

Wie dir es neue Bahn zu größerer Ehre bricht;  
Mir deucht/ ich höre schon ein neues Lob bereiten:

**Du seyst der Freunde Trost/ des**  
**Vaterlandes Licht!**

Hiermit wolte Seinem wehrtgeschäften Brüderlichen Freunde  
und Herrn Landes Mann glückwünschend dienen

G.F.Strähle/Calb.Magdeb.

LL, Cultor, Opp.

**E**gregie ostendis vigiles, Doctissime BERTRAM,  
Sensus, hinc merito plus tibi laudis erit  
Pergas ingenii vires & mentis acumen  
Prodere, quo subito clarus in orbe sies  
Tunc labor impensus tibi proderit, immo sequetur  
Assiduam curam commoda lata quies  
Omnibus ergo tuis conatibus adsit Jova  
Inque viis cunctis sit comes ipse tuis.

Paucula hæc in perpetuam animi memoriam Nobilissimo  
atque Doctissimo Dno Respondenti, Fautori,  
Amico Fratri eoque integrerrimo, abituriensi  
ex castris nostris, tenerissimum animi sui ut ex-  
primeret affectum gratulabundus apposuit

Joh. Tobias Albrecht,  
Calba Magdeburgicus, SS. Theol. Stud.

**K**Ein Ackermann läßt sich mit leeren Stroh abspeisen  
Er schreibe denn das Jahr/ als wie ein Miß-Jahr an.  
Drum wilst Du/wehrter Freund/ hiermit die Früchte weisen  
Die unser Vaterland von Dir jetzt hoffen kan  
Wohlan so fahrefort/ bis daß Du völlig reisest  
Ich wünsche Dir hierzu beständ'gen Sonnenschein  
Bis daß Du mehr und mehr der Deingen Freude häufest  
Und selber einstien mögst vollkommen glücklich seyn,

Dieses hat Zubezeugung seiner Schuldigkeit/  
den hochgeehrten Herrn Bruder zum  
guten Andenken entwerffen wollen

George F. Körner/  
Calb. Magd. S.S.Theol. Studiosus.

00 A 6429



3

sb.

V3 17





DISPUTATIO JURIDICA  
De  
**JURE COMPEN-  
SATIONIS, DEPOSITI  
ET MANDATI,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
*Dn. PHILIPPO WILHELMO,*  
PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRANDENB. ET DUCAT.  
MAGDEB. GUBERNATORE, AC RELIQUA,  
IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
PRÆSIDE  
*Dn. SAMUEL STRYKIO, JCto,*  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSS. CONSILIA-  
RIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO, ET FACUL-  
TATIS JURIDICÆ ORDINARIO,  
PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO DEVENERANDO.  
IN AUDITORIO MAJORI  
Die Septembris M DCC VIII.  
Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit  
**JOH. CHRISTOPHORUS BERTRAMUS,**  
CALBENSIS MAGDEBURG.

HALÆ MAGDEB. Typis Joh. Jacobi Krebsii, Acad. Typogr.

